Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
3 C
45

Digitized by Google

672

IX C 75

Digitized by Google

CONSTITUTIONES
SYNODALES

Editæ

AB ILLVSTRISS.MO ET REVERENDISS.MO DOM.NO

D. JOSEPH
CEI

Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia

EPISCOPO CORTONENSI

Eidem Sanctæ Sedi immediatè ſubjecto.

Quintodecimo Kal. Auguſti M.DC.XCVII.

HIC LIBER EST CONVENTUS ... FF. EREM. EX. AL. S. AUG.



IESUS MARIÆ

PERVSIAE ex Typographia Conſtantini.

SVPERIORVM FACVLTATE M.DC.IC.

8. 3. C. 45

Digitized by Google

IMPRIMATVR

Pro Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D. D. Luca Alberto Patritio Epiſcopo Peruſino.

A. Franciſcus de Antymis Librorum Cenſor Synodalis &c.

IMPRIMATVR

Fr. Paulus de Octavianis Ordinis Prædicatorum Inquiſitor Generalis Peruſiæ &c.

Digitized by Google

JOSEPH
CEI

PATRITIUS LIBURNENSIS
Dei, ac Sanctæ Sedis gratia
EPISCOPUS CORTONENSIS
Eidem Sanctæ Sedi immediatè ſubjectus.

Venerabilibus Fratribus, Canonicis, & Capitulo noſtræ Eccleſiæ, ac Diœceſis, Parochis, cæteriſque Clericis

SALUTEM IN DOMINO.

ETſi plurima ſint malorum genera, quæ prudentis cura Paſtoris vereri debet in Populo, nil tamèn magìs formidandum reor, (dilectiſſimi in Chriſto Fratres, & Filii) quàm oculorum conniventiam, quàm alta ſilentia, quàm profundum ſoporem. Væh Nobis, ſi caliginoſo cupiditatis velamine obumbrati, cæcitatem cum Cæcis ſimulaverimus, ſomno incurioſo dediti, inimicos Homines inter electa Chriſti frumenta, zizania ſuperſeminare ſiverimus. [a] *Væh mihi, quia tacui.* Vos

A 2 alloquor

(a) *Iſai. 6. cap. 6. num. 5.*

Digitized by Google

alloquor denuò (ſicuti ab initio ſuſcepti muneris vobis recenſui paterna adhortatione: *Væb* [a] *ſi tacuerimus. Væb ſi non ſparſerimus.* Scribit enim de Epiſcopo Gregorius, *Qui cum increpare negligentes noluerit, eos procul dubio Paſtor occidit.* Id perpetuò noſtro verſabitur ore, id omni tempore formidamus, dicentes cum Propheta: [b] *Ab occultis meis munda me*, ut quandoquidèm Sanguinem animarum de manu noſtra requiſiturum ſe, Dominus fateatur, poſſimus Summo Judici reſpondere. [c] *Quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam.* Verùm enìm verò, ſi muneris præſtantiam, ſi difficultatem perpendam, & exindè virium imbecillitatem mearum, profectò paveo, & contremiſco, adeò longiùs me diſtantem recogitans ab illo celſitudinis Monte, quem conſcendere Paſtores omnes oportere, excellentia virtutum, Propheta teſte, didicimus. *Super* [d] *Montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas.* Et quis ſum Ego (territus exclamare compellor) qui non valens propriæ providere ſaluti, de aliena, ab illa ſuprema luce, [e] *quam ullæ unquam tenebræ comprebendere*, ſim diſcernendus? Profectò ſicuti Ordinis Noſtri poteſtas Omnipotentis Dexteræ Opus, munus Excelſi eſt: ità

[a] Ep. noſtr. Paſtorali.

[b] Pſal. 18. num. 13.

[c] Ioan: cap. 18. num. 9.

[d] Iſai. cap. 40. num. 9.

[e] Ioan. 1. n. 5.

Digitized by Google

ità virtutem exigit penè Divinam. Studet virulentus ille humani generis Hoſtis, ut certam ſibi victoriam repromittat, conſopire Paſtores; hiſce enìm vigilantibus, cuncti illius conatus corruunt, omnia tela quàm facillimè confringuntur; at Paſtoribus dormientibus, quòt exitia, quòt flagella, quòt clades flere cogimur, Animarum? Lupi rapaces inſurgunt, devaſtatur Ovile, Sanguine Chriſti coemptæ Oves, peſſima criminum Lue inficiuntur, diſſeminantur abuſus, corruptelæ, deperit Sanctuarii decor, non reperiuntur qui veniant ad Solemnitatem, quia Templum Dei contemnitur, aurum Sacerdotale obſcuratur, [a] *Parvuli petunt panem, & non eſt qui frangat eis*; Quia in ſortem Domini vocati, potiùs eligunt deſervire Mammonæ, ſæcularium immerſi cœno curarum, quærunt quæ ſua ſunt, Dominici Gregis penitùs derelicta cuſtodia. Pergebat Sanctiſſimus Moyſes, monita, ut Altiſſimi fidus Legatus, exequeretur, conſtitutus tanquàm alter [b] Deus Pharaonis: [c] Virgam, quam dextera, penè dixerim omnipotenti, gerebat, ſatìs, ſuperquè monſtrabat, non tantùm homines, verùm etiam Angelicas Poteſtates excellere. Cui etenim Angelorum dixit Deitas, te Deum conſtitui

[a] *Thren. cap. 4. num. 4.*

[b] *Exod. cap. 7. num. 1.*

[c] *Exod. cap. 4. num. 24.*

Digitized by Google

tui ? & tamèn ac ſi Prothoparentis noſtri reatum incidiſſet, ſeu Balaami avaritiam, Angelum Domini, contra ſe irruentem educto Gladio, ſenſit ultorem. Et, quodnam grande facinus, Divino expiandum flagello, perpetravit innocentiſſimus Vir, ad communem Hæbraici ſalutem Populi divinitùs terris donatus ? Non aliud equidèm, quàm leviſſimum omiſſionis reatum, ſi reatus dici meretur; quod ſinè conſilio fuerat prætermiſſum. Longè tamen diverſa ratione graviſſimum id crimen exiſtimat Divus Auguſtinus ſic fatus. [a] *Quod ergo à ſummo Viro, utpotè à Ductore Populi ſit, acerbiſſimum eſt peccatum. Et ideò quia per negligentiam circumciſionem filiorum prætermiſerat, Angelus in Moyſen ſæviebat*: Et quid igitùr prodeſſet Epiſcopo, cui convenit [b] *forma Gregis fieri*, etiam ipſius Moyſis æmulari veſtigia, ſi poſteà vitia amputare, pravos mores corrigere, eos, qui ferunt Vaſa Domini, negligat emundare ? De eo utiquè dici poſſet illud Summi Pontificis Innocentii III. [c] *Non curat prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe*, & illud propemodum eveniret, quod Divus Bonifacius Martyr Moguntinus Antiſtes ſcribendum cenſuit ad Cusbertum Archiepiſcopum Cantuarienſem,

quòd

[a] *S. Auguſt. lib. q. aſt. teri novi Teſtam.*

[b] *S. Petri c. 5. 1. ep. 3.*

[c] *Innoc. 3. de contemptu ſæcul. lib. 2. cap. 20.*

quòd mutuavit longè priùs à Proſpero Regienſi Epiſcopo: [a] *Cui diſpenſatio Verbi commiſſa eſt, etiamſi Sanctè vivat, & tamèn perditè Viventès, aut erubeſcat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, peribit. Et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato.* Certè in magnos Conſcientiæ ſtimulos Præſules ducerentur ad tàm diſtrictæ obligationis ponderationem, niſi pia Mater Eccleſia, Spiritu Sancto edocta, optimo remedio, ab ipſiusmet Fidei exordio occurrendum cenſuiſſet, Conciliorum ſcilicet, necnon Synodorum celebratione, in quibus cœleſtis ſanè, intemerataque de Orthodoxis dogmatibus explicatur Doctrina, quæ reformatione indigent, reformantur, Populiſque oſtenditur quid ſit amplectendum, quidve vitandum.

a S Proſp lib. 1. de Vita Contempl. cap. 20.

O quantæ utilitatis in univerſo Fidelium cœtu Concilia in ſingulis Provinciis, & Diœceſibus Sacrę Patrum Sanctiones exiſtunt: Sunt enim, [b] S. Damaſo teſte, hæc Comitia, antidota adverſùs venena mortifera, iis radicitùs evellendis, quæ plerumque labuntur in abuſionem, & in ſcandalum: iſta ſunt Arma, quibus Cathedra Petri munita, nullatenùs Portas Inferi prævalere permittit. *Hæc eſt Agri Dominici, cultura præcipua*, ut ait Concilium

b S. Damaſ. apud Theodoret. lib. 20. cap. 22.

Con-

Conſtantienſe, [a] *quæ vepres, ſpinas, ac tribulos extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & Vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit.* Hoc eſt opus præcipuum illius vigilantiæ, cui Paſtorum quemlibet operam navare, ſuadet Apoſtolus, dicens: [a] *Tu verò vigila.* Hoc eſt Divinum monitum. [b] *Eſto ſic Populo in iis, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum, oſtendaſque Populo cærimonias, & ritus colendi, viamque, per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debent.* Vt ergò ad hanc unicè collimemus, noſtra ſint omnia vota, noxia cuncta vitare, ſalubria quæque complecti, memores cum Sapientiſſimo Auguſtino. [c] *Neminem ſe continere, undè turpatur, niſi diligat undè boneſtetur.*

a Coucil. Coſtantien. ſeſ. 29.

b Ad Timoth. ap. 4. num. 5.

b Exod, cap. 18. num. 20.

c S. Auguſt. tract. 87. in Ioann.

Dilectiſſimæ igitur huiuſce noſtræ Diœceſis ſumma cordis lætitia integra Viſitatione peracta, ſicuti de vigilantia Paſtorum, de Templorum decore, de Populi Diſciplina gauiſi ſumus in Domino, nullatenus adinventis exceſſibus, ac corruptelis, propter ſummam Prædeceſſorum noſtrorum vigilantiam, tandèm, ut Diuinus Cultus in dies augeatur, concepta virtutum ſemina nutriantur, ſi quæ aliqua adſint refrigeſcentia, penitùs convaleſcant, Synodalem Conventum cogere decre-

crevimus, nullum ex iis mediis omittentes, quibus finem noſtræ vocationis, & Fidei, ſalutem ſcilicèt Animarum reportare poſſimus.

Audite [a] *igitùr Sacerdotes, & attendite Domus Iſrael, & Domus Regis auribus auſcultate, quia vobis judicium eſt.* Audite, inquam, & ſincera Cordis humilitate quæ tradituri ſumus, excipite, haudquaquàm, a quo tradantur, attendentes, ſed Spiritus Sancti Gratiam: [b] *Quæ dixit de tenebris lumen ſplendeſcere,* [c] &: *Potens eſt de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ.* [d] *Attendite vobis, & univerſo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam, quam acquiſivit Sanguine ſuo, exhibentes vos metipſos Hoſtias acceptabiles, rationabile obſequium.* Memineritis porrò quàm ſeverè Deus apud Ezechielem comminatus ſit Domui Iſrael, denuncians: [e] *Eos attrita eſſe fronte, & indomabili Corde, incredulos, & ſubverſores, ac irritatores, dum ait, nolunt audire te, quia nolunt audire me, Domus enim exaſperans eſt. Tu autèm dices eis, ſi fortè audiant, & quieſcant. Effundam iram meam ſuper eos, & complebo furorem meum in eos, & judicabo illos juxta vias ſuas, & imponam eis omnia ſcelera ſua, & non parcet oculus meus, nec miſerebo, & abominationes ſuæ*

a Oſea cap. 5. num. 1.

b 2. Ad Corinth. cap. 4. num. 6.

c Matth. c. 3. num. 9.

d Act. Apoſt. cap. 20. nu. 28.

e Ezech. cap. 2. 3. & 7.

in medio ſui erunt. Negotium, quod peragimus, non vulgare, non leve, ſed unicum eſt, ſed graviſſimum, negotium AEternitatis, negotium Chriſti. Videmus, & experimur quotidiè Divinæ ultionis flagella, non adeò propitium ſentimus Deum, ut aurem benignam precibus noſtris, quantumvìs iteratis, accomodet, & quis novit, an noſtra, vel Populi culpa contingat? quodque magìs indolendum utraque noſtra poteſt eſſe; ſumus Patres, ſumus Paſtores, & Duces, alere, educare, tenemur, Chriſti munere fungimur, ad Imaginem Dei facti eſſe debemus. *Vos eſtis Præsbyteri in Populo Dei, & ex vobis pendet Anima illorum*, dicit Dominus; & ad hoc expavere debemus: ſed o quam longè diſtamus à ſæculis illis Eccleſiæ, quando Sacerdotes erant adeò humiles, modeſti, morigerati, ac mortificati, ut idem eſſet aliquem ex eis videre, ac prædicare, etiamſi nullus loqueretur: *Etiam honeſto ſilentio loquebatur*; inquit de Humberto Archidiacono Gaufridus,[a] *& cujus vitam, Doctrinam agnoſcebant, & diſciplinam*, proùt etiam de Meletio Antiſtite fatur Chryſoſtomus, [b] qui non ſolùm docens, aut alloquens, *ſed tantùm ſi videretur ſatis erat ad inducendam cœleſtium virtutum Doctrinam*. De Philoſopho itidèm dixit Tertullianus,

[a] Gaufr. lib. 5. epiſt. 7.

[b] S. Io. Chryſoſt. Serm. de S. Meletio.

nus. *Si videtur, auditur; cujus occurſus*, teſte Seneca, [a] juvat, *& eſt aliquid, quod in eo, vel tacente proficit*. Hæc eſt illa Concio maximè conciens, & concitans multitudinem, hoc eſt ſilentium illud, omni ſermone eloquentius, cùm dici poterit cum Valerio, Conſule: [b] *Facta mea, non dicta vos Milites ſequi volo, nec diſciplinam, ſed exemplum à me petere*. Hæc Oratio optimè perorans, etiam apud longe poſitos, & diſtantes; nequè enìm aùt dicentem audierat, aut agentem viderat Temiſtocles Miltiadem, Achillem Alexander, Alexandrum Cæſar, & tamèn eorum Trophæis ad æmulationem excitati, ad imitationem ſtimulabantur.

a Seneca Ep. 44.

b Valer. Conſul. apud Liv.

Hic ille Sermo vivus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, [c] vt ſcribebat Bernardus, exemplum ſcilicèt operis, *plurimum faciens ſuadibile quod dicitur, dum monſtratur: factibile quod ſuadetur*; Quìn & Deum ipſum per Ezechielem Prophetam audiamus monentem: [d] *Mucro mucro evagina te ad occidendum, lima te, ut interficias, & fulgeas*, quaſi verò fulgere, unum, & idem ſit ac interficere, ùt profectò erit, ſi ex vagina, ſi ex abdito, in apertum hæc bonorum exemplorum Arma promemus, exacuemus, limabimus, itaùt non ex aſpectu, modo cujuſque Deo dicati Viri, ſplendor ille refulgeat, *cujus habi-*

c S. Bernard. ſerm. de S. Benedicto.

d Ezech. c. 21. num. 28.

 tus

Digitized by Google

tus, *ſermo*, *cultus*, *inceſſus*, monebat Hieronymus [a] *Doctrina virtutum ſit*. Hinc eſt, quòd Ambroſius ſuper verba Pſalmi: [b] *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur*, inquit: *Plerumquè* [c] *aſpectus Iuſti, admonitio correctionis eſt*, *Perfectioribus lætitia*, ſubdens poſteà pro Coronide ſermonis: *Quàm pulchrum ergò, ſi videaris, & profis*; undè fit, ut unicuique Sacerdoti id aptari poſſit, quod de Gentium Doctore ſcribit Chryſoſtomus: *Cum* [d] *Pauli Cubile cernerent homines, cum ſtragulum, cum calceamenta, hoc illis ſufficiens erat ad compunctionis incitamenta*; multùm enim, ut ſequenti addebat ſermone: *& utilitatis habet, & voluptatis, non ſolùm Doctrina, & admonitio, ſed & ipſe Sanctorum aſpectus, veſtiumque amictus, & Calceorum modus*; talis enim debet eſſe, teſte Tertulliano, interior cujuſque Sacerdotis Sanctitas: *Vt emanet* [e] *ab animo in habitum, & erumpat à Conſcientia in ſuperficiem*.

a S. Hieron. Epiſt. 4. ad Ruſtic. Monach.

b Pſal. 118. num. 74.

c S. Ambroſ. ſerm. 10. in pſal. 118.

d S. Io. Chryſoſt. ſerm. 17. & 18. de diverſ.

e Tert. de cultu fœmin. cap. 13.

Nocent enim, excidiumque ipſi piæ Matri minantur, qui morum improbitate, nulla prorsùs Clericalis, ſivè Sacerdotalis Ordinis ratione habita, fiunt in offendiculum iniquitatis Populo Dei. A Cleri exemplo, ut plurimùm, mores Laicorum dependent, taleſq; evadent Populi, quales ſunt Eccleſiaſtici, juxta Salviani monitum dicentis: *Morbido capite nihil*

bil ſanum eſt, neque ullum omninò membrum officio ſuo fungitur, ubi quod eſt principale non conſtat, & ut verbis S. Leonis utar: *Inferiorum ordinum culpæ, ad nullos magìs referendæ ſunt, quàm ad deſides, negligenteſque Rectores*. Vndè ſumma confuſione cogimur experiri, quòd Divinus Amor Divæ revelavit Birgittæ: [a] *Viſo exemplo pravo Sacerdotum, Peccator fiduciam peccandi ſumit, & incipit de peccato, quod priùs putabat erubeſcibile, gloriari: ideò ipſis erit maledictio præ aliis, qui ſe vita ſua perdunt, alios exemplo ſuo lædunt.*

[a] *Ex revelat. S. Birgit. lib. 4. cap. 32.*

Abſit igitùr, dilectiſſimi, ut tàm diſtrictę maledictioni ſubiici patiamur. *Stemus* [b] *ſuper cuſtodiam noſtram*, ſtudeamus hujuſce Gregis utilitati. Non pigeat animi veſtri ſententias aperire quandocumque Gloriam, necnòn Sanctiſſimæ Trinitatis honorem præſeferant. *Apprehendite* [c] *Diſciplinam, nè quandò iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta.* Omnia, quæ Prædeceſſores noſtri de Catholica fide, de Sacris Ritibus, & Dogmatibus, de Sacramentis, deq; Populi, & Sacerdotum reformatione tradidere, dum ſumus confirmaturi, dum pauca quædam pro temporum, & perſonarum conditione addituri, attendite diligentèr, & ſi Populum Deo acceptabilem videre deſideramus, emendemus in melius quæ ignorantèr peccavimus, noſtræ proſpiciamus ſaluti, ut de aliena, ſicut par eſt, ſolliciti eſſe poſſimus.

[b] *Habacuc. cap. 2. num. 1. & Iſa. cap. 21. num. 8.*

[c] *Pſ. 2. n. 12.*

Digitized by Google

In Nomine Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

NOs Ioſeph Cei, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Cortonenſis, eidemq; Sanctæ Sedi immediatè ſubjectus, ad Dei Omnipotentis, Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, ac Sanctorum Patronorum Marci, & Vincentii, ac Beatorum Margaritæ, Guidi, & Vgolini noſtrorum Tutelarium, laudem, & honorem, in præſenti noſtra prima Diœceſana Synodo infraſcriptas Coſtitutiones ſtatuimus, & ſancimus ad morum, ac Chriſtianæ diſciplinæ reformationem, quam Clerum, & Populum fidei noſtræ concreditum prælucere totis in Chriſto Viſceribus exoptamus.

D E

Digitized by Google

DE FIDE CATHOLICA,

ILLIVSQVE PROFESSIONE.

CAP. I.

IMpoſſibile eſt, ſtabilem Spiritualis Ædificii Molem conſiſtere [a] abſquè firmiſſimo Catholicæ fidei fundamento, cum ipſa ſit humanæ ſalutis initium, oſtium vitæ, & Radix Iuſtificationis. Cum enìm [b] *ſine fide impoſſibile ſit placere Deo*: Idcircò antiquiſſima Sacrorum Conciliorum comprobata conſuetudine adducti, *Confortati* [c] *in Domino, & in potentia virtutis ejus*, ab ejuſdem Fidei Profeſſione noſtrarum Synodalium Conſtitutionum initium ſumimus; [d] *Vt ità ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu*, poſſimus eam integram, inviolatamque ſervare uſque ad extremum vitæ ſpiritum.

Verùm quia *Corde* [e] *creditur ad Iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*, quicumque, juxta præſcriptum Sacroſancti Concilii Tridentini, nec non [f] juxta formulam in Conſtitutione fœlicis recordationis Papæ Pii IV., quæ incipit. *Injunctum Nobis*, ad Fidei profeſſionem emittendam ſe ſe tenere ſentiant, ſi hactenùs id non fecerint, in hac ipſa Synodo, cui poſt adeptam Beneficiorum poſſeſſionem primò interfuerint, publicè profiteantur, aliàs ſecundùm formam Sacrorum Canonum puniantur.

[a] *Conc. Trid. ſeſſ.6. de uiſtificat. cap. 8. Conc. Mogunt. in anno 813. can.1.*

[b] *Ad Hæbr. cap.11. num.6.*

[c] *Ad Epheſ cap.6. nu.10.*

[d] *Ad Epheſ. cap.2. num.20.*

[e] *Ad Rom. cap.10. nu.10.*

[f] *Conc. Trid. ſeſſ.3. & ſeſſ 25 cap.2. de reformat. Pius IV. conſt.87. Injunctum nobis S. Iſidor. lib.2. de ſummo bono.*

Qui

Qui in poſterùm de Beneficiis quibuſcumque Curatis, ſeu dignitatibus per obitum, reſignationem, permutationem, vel aliam quamcumque collationem proviſi fuerint, ad minùs intrà duos Menſes à die adeptæ poſſeſſionis facere debeant in manibus noſtris, ſeu noſtri Vicarii Generalis, & per noſtrum Cancellarium Epiſcopalem in Cancellaria noſtra ſemper ad prædictum effectum retinendam, alioquìn ſciant ſe abſque ulla hominis declaratione fructus ſuos non facere, ſed in uſus Pauperum, vel in Fabricam Eccleſiæ, ſeù in alios uſus arbitrio noſtro erogari debere, nec illis pacificam poſſeſſionem ſuffragari, juxta præſcriptum S. Conc. Tridentini, & ejuſdem Pii Papæ IV. Sanctiones; Quas paritèr extendimus ad omnes proviſos de Canonicatibus tàm noſtræ Cathedralis, quàm Collegiatæ Sanctæ Mariæ Novæ, quos ad eamdem Fidei Profeſſionem, vel coram Nobis, vel Vicario noſtro Generali, ſed etiàm in ipſo Canonicorum Capitulo emittendam infra id tempus duorum Menſium, ſub eadem omninò pœna, in præfatis Sanctionibus contenta, teneri volumus, & mandamus.

Teneantur itidèm eamdem Profesſionem emittere ut ſuprà, qui munus legendi publicè Theologiam, Ius Civile, & Canonicum, & Caſus Conſcientiæ ſuſceperint, etiàm ſi fuerint Regulares, dummodò extra Clauſtra id munus exequantur, & qui omiſerint illam facere, docendi munere interdicti, gravitèr arbitrio noſtro punientur.

CAP. II.

De Hæreticis, & Veneficis.

VT autèm hæc Catholica Fides, quæ firmamentum eſt, & Columna veritatis, omni hæreticali expulſa perfidia ª *ſinè ruga, & ſinè macula* in ſua unitate conſervetur, Hæreticos quoſcumque, & de hæſeſi ſuſpectos omnes ad noſtram notitiam ſtatim deduci

ª *Ad Timoth. cap. 3. n. 16.*

deduci mandamus [a] non ſolùm per Clericos, ſed etiam per Laicos, quibus hoc onus incumbere Apoſtolicis Conſtitutionibus cautum reperitur. Quod ſi neglexerint, ſciant, ſe peccatorum ſuorum abſolutionem conſequi minimè poſſe. Neque ſolùm Hæreticorum commercium, ſed etiam Librorum hæreſim continentium, & aliorum, qui in Indice damnatorum recenſentur, lectionem, & retentionem, omnibus, tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus Perſonis, omninò prohibemus, ſub pœna Excomunicationis, & alijs in [b] regulis eiuſdem Indicis contentis, & in Conſtitutione Pii Papæ IV., quæ incipit. *Dominici*. Quia verò obligatio tales denunciandi ad omnes Chriſti fideles indiſtinctè ſpectat, cuiuſcumque Sexus, Gradus, & Conditionis, de ea omnes à Confeſſariis ſeriò moneri volumus. [c] Præterea, vt hæc omnibus innoteſcant, Parochi omnes, ſingulis Annis prima Dominica Adventus, & Quadrageſimæ, ſolitum Sacræ Inquiſitionis Edictum inter Miſſarum ſolemnia promulgent, & ſi opus fuerit, diſtinctiùs etiam explicare prò rudiorum inſtructione teneantur.

a Cap. ſicut ait 8. c. excommunicamus. 13. §. credentes de hæret. & cap. quicumque eodem tit. in 6.

b Ex regulis de lib. prohib. in Conc. Trid. & Bulla 77. Pij IV. Dominici.

c Cap. excõmunicamus 13. § adijcimus de hæret.

Et quia Hæreticis proximè accedunt Malefici, Incantatores, Magi, Strigæ, Venefici, Augures, Sortilegi, aliique damnatis Artibus incumbentes, tàm per ſe, quàm per alios exercentes, [d] docentes, cum eis participantes, & fautores, qui aùt Verbis Sacris abutentes, ſignis, notis, & characteribus, præſertim ignotis, vel ad amorem conciliandum, contrà arma offenſiva, vel ad ſubſtinenda tormenta, vel ad recuperandam ſanitatem, tàm Hominum, quàm Animalium, utuntur, aliaque hujuſmodi, quæ expreſſum, vel tacitum cum Dæmone pactum contineant, ſuperſtitiosè exercentes; præcipimus, & præcipiendo mandamus, ut ad nos, ſeù Vicarium noſtrum ſtatim deferant, ex Sacrorum Canonum Sanctionibus, & præcipuè ad formam Conſtitutionis Sixti Papæ V. 17. quæ incipit: *Cœli, & Terra*, contrà ipſos editæ, ſevère puniantur, & ſi neglexerint, eàdem pœna teneantur, qua ipſi tenerentur, nec non Carceris, ac quinquaginta Aureorum, Delatori pro medietate, &

d Cap. 1. de Sortil. c. fortes, cap. cõtra, cap. augurijs, cap. Epiſc. 26. quæſt. 5. Leo X. in Conc. Lateran. ſeſſ 9. in Bullar. conſt. 7. § 41. ſuper ne diſpoſitionis. Sixtus V. conſt. 17. Cœli & Terra.

 pro

prò alia parte Locis piis arbitrio noſtro applicanda.

Ægyptii, vulgò Zingari [vagum, & fallax hominum genus] cum iiſdem Sortilegiis vt plurimum operam tribuant, ne vanis divinationibus rudes seducant Perſonas; Parochi ſollicitè inquirant, num rectè de Fide ſentiant, & Eccleſiæ præceptis obediant, nè aliàs perniciosa ipſorum conſuetudine, Oves nobis concreditę corrumpantur, & idcirco diutiùs commorari non patiantur.

CAP. III.

De Blaſphemis.

a Levit.cap. 24.num. 16

QVi *a blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur, opprimat eum omnis multitudo*; Lex Dei erat in veteri Teſtamento, & juſtiſſima quidèm, cum enim Sacroſanctum Dei nomen, quod ob tot immenſa beneficia quotidiè laudari deberet, humana audacia ſacrilegis labiis polluere, & nefariis contumeliis, onerare non erubeſcat, *b & ponere os in Cælum non vereatur.*

b Pſ.72.n.9.

c Leo X. in Cõc.Lat.ſeſſ.9 in Bullar.cõſt. 7.§.33 Iul.III conſt.23.B.Pius V.conſt.5.§. 10. Cõc.Pariſien.an.1264.

Itaquè, vt hujuſmodi horrendum, & execrabile crimen, quod de directò Fidei confeſſioni opponitur, à noſtra Diœceſi penitùs evellamus, *c* Leonis X. Julii III., & B. Pij V. Conſtitutionibus innixi, ſtrictè mandamus, vt quicumque Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel Glorioſam ſemper Virginem Mariam, ac Sanctos, expreſsè blaſphemaverit, pœnas prædictas incurrat, quòd ſi tales Mulctæ à Blaſphemiis non retrahent, corporalibus etiam pœnis ad arbitrium affligentur: *Nihil enim*, fatur D. Hieronymus *d*, *horribilius Blaſphemia, omne quippè peccatum, Blaſphemiæ comparatum, levius eſt*, & *Quot Blaſphemias homines faciunt, tot lapides in Deum mittunt*, devotiſſimè advertit S. Bonaventura. *e*

d S. Hjeron. lib.7.ſup. Iſa. cap.18.

e S. Bonau. ſer.4. Domin. Paſſion.in fine

Omnes igitùr, & ſinguli cujuſcumque gradus, & conditionis, quos noverint hæreticalem Blaſphemiam protuliſſe, infrà triduum Nobis, vel Sanctiſſimæ Inquiſitioni, vel ſi commodè id fieri nequeat, propriis Parochis denuncient, ex præcepto Julii III., aliàs

aliàs, negligentes, vltrà culpam lethalem, in pœnam ipſis Blaſphemis debitam, incurrant; obedientes verò in denunciando, ex Concilii [b] Lateranenſis ſanctione, decem Annorum Indulgentiam conſequentur.

[a] Julius III. conſt. 23. §. 8. & 9.
[b] Leo X. cōſt. 7. §. 35.

Idcircò Confeſſarii in Sacramentali Confeſſione, ſeriò admoneant Pœnitentes de hac obligatione denunciandi Blaſphemantes, & renuentes denunciare, noverint, ſe abſolvere non poſſe, ex Edicto S. Inquiſitionis, ipſos verò [c] Blaſphemantes non aliter abſolvant, niſi priùs graviſſima impoſita pœnitentia.

[c] Leo X. in relata conſt.

Verùm quia, vt huic pernicioſiſſimæ origini occurramus, illudque radicitùs extirpemus, Alearum ludos, & Talorum omninò interdicimus, & ſignanter Eccleſiaſticis, quibus nullo modo convenit ludere, nequè Aleis, nequè talis, ſub pœna Scutorum decem Locis piis applicandorum.

CAP IV.

De Doctrina Christiana.

F*Ili* [d] *à juventute tua excipe Doctrinam, & vſquè ad canos invenies Sapientiam.* [e] *Bonum eſt Viro, cum portaverit jugum ab Adoleſcentia ſua.* Lamentatur Jeremias in ſuis Threnis, & optima quidem ratione; inquit enim Sapiens: Proverbium eſt, [f] *Adoleſcens, juxtà viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.* Niſi enim à Pueritia flectamur in bonum, proficiendo in Ætate, creſcunt vitia, quæ miſerrimè nos ducunt ad interitum. Hinc eſt, quòd nihil Chriſtianæ Reipublicæ magis neceſſarium, nihilque Religioni noſtræ videtur utilius, quàm Teneras Pueritiæ Plantas alere Lacte Chriſtianæ Doctrinæ., ne creſcentes, ſint qui dicant quod in Actibus [g] Apoſtolorum quidam aſſeruerunt. *Nequè ſi Spiritus Sanctus ſit, audivimus,*

[d] Eccl. c.6. num. 13:
[e] Thren. c.3 num:27.
[f] Prov. cap. 22: num.6.
[g] Act. Ap. c. 19. num. 2:

Parochis igitùr, cæteriſque omnibus, tùm in-

trà, tum extrà Civitatem Curam Animarum gerentibus, in Domino præcipimus, ut omni ſtudio, diligentia, & charitate, per ſe, in quantum fieri poteſt, vel per alios, ab eis deputatos, ſaltem quolibet die Dominico, aliiſque Feſtivis diebus (ſolemnioribus dumtaxat exceptis) ſive de mane inter Miſſarum Solemnia, ſivè antè, quandò Populus eſt frequentior in Eccleſia, ſivè ante Veſperas, Pueros, Puellaſq; edoceant Doctrinam Chriſtianã cl: me: Card. Bellarmini, juſſu Sanctæ mem: Clementis VIII. editam, iuxtà præſcriptum Sacroſanctæ Tridentinæ [a] Synodi, & ſi per Menſem fuerint negligentes, pœnam dabunt decem Aureorum, per alterum verò Menſem, ſolvent Aureos Viginti quinque, locis Piis applicandos, creſcente verò contumacia, ſint ſuſpenſi ab Officio, & Beneficio ipſo facto. [b]

a Cõc. Trid. ſeſſ. 23. c. 14. & ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. Cõc. Chartag. 4. cap: 20. Arelaten. 4. cap 10. Lateranen ſub Innoc. III. cap. 10: Mogũtin. cap. 45. Anno 813.

b Synod. Robbia 1632. cap. 7. & Minerbetti.

Caveant autèm omnes, & ſinguli prædicti, ad quos ſpectat, nè in Viſitatione per Nos facienda, inveniantur Pueri, ſeù Fœminæ ignorantes ea, quæ ſunt de neceſſitate Salutis, nam ſi facto, vel ſummariè Nobis conſtiterit, id eorum negligentia proveniſſe, acriter arbitrio noſtro, etiam uſque ad privationem Beneficii incluſivè punientur.

Verum quia in illa nupèr edita, non ſinè vehementi Animi noſtri dolore comperimus non deeſſe, etiam Adultos, qui Fidei rudimenta ignorant, ex quo fortaſſe erubeſcunt accedere ad locum, ubi hoc Sacrum Miniſterium exercetur, & non minori indigent inſtructione, quàm Pueri. Hinc Parochis omnibus noſtræ Diœceſis, ſuper hoc eorumdem Conſcentiam onerantes, mandamus, vt in dictis Dominicis Diebus; ante Miſſam, ſi Populus frequens fuerit, ſivè eàdem Miſſa finita. *In omni patientia, & doctrina*, ut inquit Apoſtolus [c] vulgari ſermone, alta, & intelligibili voce, Orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, Præcepta Dei, & Eccleſiæ, aliaque Doctrinæ Chriſtianæ ſubſtantialia, vel eorum partem doceant in Eccleſia, ad hoc, ut Viri, & Mulieres provectioris ætatis addiſcant abſque rubore

c Ad Tim. cap. 4. num 2.

re

re, quæ abſque diſcrimine Salutis æternæ ignorare non poſſunt

Parochorum, & Sacerdotum omnium Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrantium. [a] Conſcientiam oneramus, vt Patres familias, qui Filios, ac Seruos in Chriſtiana Doctrina, vel erudire, vel ad proprium Parochum erudiendos mittere negligunt, moneant, præcipiant, compellant in Confeſſionibus. Nec non iam Adultos, Fidei rudimenta ignorantes, paternè quidèm ſed gravitèr corripiant; negligentes verò ea addiſcere, tanquam malè diſpoſitos [b] non abſolvant, extrà caſum neceſſitatis, nequè ad ſuſcipiendum aliquem ſivè de Sacro Fonte, ſivè in Confirmatione, nequè ad Confraternitates Laicorum eos admittant, donèc illa probè didicerint. [c]

Clerici auxilientur Parochis in hoc Sancto Miniſterio, & præcipuè, ſi ſervitio illius Eccleſiæ ſint addicti, ſin minùs, ad ulteriores Ordines non promoveantur, niſi per literas teſtimoniales [d] Parochorum conſtet, eos Doctrinæ Chriſtianæ exercitationibus frequentèr interfuiſſe propriamque operam illis utilitèr præſtitiſſe. Sacerdotes verò Parocho ſe ſe exhibeant adjutores, memores, ſe docendi officium aſſumpſiſſe. [e]

Ut autem ad Doctrinam Chriſtianam, tàm ediſcendam, quàm promovendam, in dies Chriſti fideles excitentur. Parochi inter Miſſarum Solemnia, enuncient Spirituales Eccleſiæ Theſauros, per Summos Pontifices conceſſos, ſcilicet per B. Pium V. Gregorium XIII. ac Paulum V.

Ludi Magiſtri ſimiliter [f], quos inſtruendos ſuſceperunt, eoſdem ad Catholicæ Fidei Doctrinam ſtudeant informare vel per ſe ipſos, ſaltèm diebus Feſtis ad Eccleſiam ducant, ubi eam addiſcere poſſint, ſub pœnis arbitrio noſtro. [f]

Teneantur etiam Porochi frequentèr admonere, tàm publicè, quàm privatim Parentes, Patrinos, Propinquos, Tutores, Curatores, & quoſcumque alios, quibus Puerorum cura commiſſa [g] eſt, ut eos manè Deo preces devotè fundere aſſuefaciant, vtque omni

a Conc. Mogunt. An. 813. can. 45.

b Vos ante de cõſec. diſt. 4. S. Thom. 2. 2. q. 2. ar. 5. 6. et 7. Barbos. de Of. et poteſt. Epiſ. alleg. 76. num. 37. & de off. et poteſt. Paroch. parte prim. c. 15. n. 4. & ſequen. Fagnan. in cap. firmiter de Summ. Trinit. et Fid. Cath. per tot.

c Cap. vt quiſquis de Vit. et honeſt. Cleric.

d Cap. ignorãtia diſt. 38. Cõc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 14. de reform.

e B. Pius V. Conſt. 137. ex debit Gregor. XIII. Conſtit. 11. Vniverſis Paul. V. Conſt. 36. ex credit.

f Leo X. Cõſtit. 7. Superne §. 32. Fermos. cap. Vnd. de off. Primic. q. 2. n. 24. Fagã. in cap. quia nõ null. de Magiſt. Pignattel. Conſul. 5. per tot. Tom. 3:

g Cap. 9. non putes 23. q. 5.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ni ſtudio Chriſtiana Doctrina informari curent, & prò addiſcendis Fidei rudimentis, & ſuſcipiendis juxta captum ætatis, ad Eccleſiam ſtatutis diebus mittant, prout ſimilitèr tenentur Domini reſpectù Famulorum, de tali culpa, ſi neglexerint, rationem reddituri in extremi Examinis die.

CAP. V.

De verbi Dei Prædicatione.

LOquere ad Populum, *& cunctis Audientibus prædica.* dixit Dominus Gedeoni; [a] aſtruens ex eo uſque tempore Verbi Dei neceſſitatem, & vtilitatem. Evangelicum itaquè hoc prædicandi munus, quantum in Nobis eſt, promovere cupientes, Sacrorum Canonum, Romanorum Pontificum, nec non Conciliorum fulti Decretis. [b] Parochis omnibus noſtræ Diœceſis, aliiſque, curam Animarum habentibus, indicimus, ut per ſe, vel per alios idoneos [ſi fuerint legitimè impediti] Populum ſibi concreditum, ſaltem Dominicis diebus, & Feſtis ſolemnibus prò ſua, & eorum capacitate verbis ſalutaribus paſcant, nè ad ipſorum opprobrium, & condemnationem dicatur illud Ieremiæ: *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis* [c]. Quòd ſi in re tàm gravi & neceſſaria fuerint negligentes, noverint, Cenſuris, & Pœnis arbitrariis, etiam per ſubtractionem fructuum Beneficii, ſe eſſe multandos.

Nemo autèm prædicandi munus audeat aſſumere, niſi noſtra, vel Vicarii noſtri Generalis, aut in ſcriptis, aut oretenus obtenta facultate. [d] Regulares verò, ultrà ſuorum Superiorum Licentiam, à Nobis quoque vel Vicario noſtro, Veniam, & Benedictionem, gratis obtinendam, petere teneantur, etiam ſi in Eccleſiis, & Oratoriis ſui Ordinis Conciones ſint habituri, ſub pœna ſoſpenſionis ipſo facto incurrendæ, ad tradita per Tridentinum loco mox citato, necnon

a Judic. c. 7 n. 3.

b Cap. Excommunicamus. §. quia verò de Hæret. Conc: Senon in Decr. mor. cap. 35. Mogunt. 4. cap. 49. Mediolan. pri. tit. de prædic. verb. Dei. Trid. ſeſſ: 5. cap. 2. de reform.

c Thren. c. 4 5 num. 4:

d Cap. Excommunicamus. §. quia verò de Hæretic. Conc: Trid ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform.

non per Pontificias Sanctiones. [a]

Antequam Regulares concionandi munus aggrediantur, exhibeant Parochis, ſeu Rectoribus Eccleſiarum, ubi Conciones habere debent, legitima documenta licentiæ, vt ſupra obtentæ, & reſpectivè Benedictionis petitæ, aliàs ab eiſdem non admittantur ſub pœnis arbitrio noſtro.

Clericis Sæcularibus, quoad licentiam obtinendam, idem indicimus. Laicis verò, [b] ſivè in Confraternitatibus, ſivè in aliis Eccleſiis, & Oratoriis concionari, & Sermones habere, ſinè noſtra approbatione planè prohibemus.

Nocturno tempore Conciones fieri omninò vetamus, [c] neque etiam in Sancto Paraſceves die, prout etiam Vigilias nocturnas, ſub pœnis arbitrio noſtro contrà permittentes, & quos de iure, & præter Crucem, & Chriſtum Crucifixum, alias Immagines, vel pia Spectacula Populo non exhibeantur.

Indulgentias niſi de noſtro conſenſu publicare non præſumant, & demùm obſervent omnia contenta in Littera circulari Sac. Cong. Concilii die 6. Julii 1680. juſſu S. Mem. Innocentii Papæ XI Hortamurque omnes Diœceſis noſtræ Concionatores, vt bis in Anno commendent Loca Terræ Sanctæ ad formam Conſtitutionis Clem. X., emanatæ die 19. Maii 1671. [d]

Cæterùm caſta, & pura ſint Evangelici Prædicatoris Eloquia. [e] *Annuncient Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum*, ſolum Dei Zelum habeant, Virtutum incrementum, ac Vitiorum extirpationem reſpiciant, Scurrilia, & vana, apocryphas Hiſtorias, ineptas fabulas, ad riſum potiùs moventes, devitent; [f] *quia ille Doctor eſt Eccleſiaſticus qui lacrymas, non riſum movet*, ut fatur S. Bonauentura non inanis facundiæ [g] Lenocinio, & calamiſtrato, ac meretricio ſtylo prædicationis fidem corrumpant, ut Auditores, ſibi prurientes auribus coacervent, memores Seriæ monitionis S. Proſperi Aquitani: *Non vocibus delectetur Populi acclamantis ſibi, ſed fletibus non plauſum à Populo ſtudeat expectare, ſed gemitum*, ne ſe ſubiiciat ſeveræ quidèm, ſed juſtæ Cenſuræ Gilibertis Abbatis dicentis: [h] *Evangelicè ex toto loquere,* qui

[a] *Greg. XV Cōſtit. 18. Inſcrutab. Clem X. Conſtit. 7. ſuperna magni Patris.*

[b] *Syn. Robbia 1632. c. 8.*

[c] *Syn. Robbia cit. cap. 8.*

[d] *Clem. X. Salvat. noſtri 19. Maij 1671.*

[e] *1 Ad Corinth. c. 2. n. 2.*

[f] *S. Bonau, ſup. lament. Jerem. cap. 1. ante med.*

[g] *Conc. Vltraiec. an. 697 Epiſt. circul. Sac. Cong: Cōc. 6. Julij 1680: iuſſu Innoc. XI S: Proſp. lib. 1. de vita contēpl. cap. 23. circa med.*

[h] *Gilib. Abb. ſerm. 16. in Cāt. in med.*

qui Vir evangelicus es. Quod ſi ſecùs fecerint, Deo rationem: reddent de Animarum jactura, & à Nobis arbitrio punientur.

Ut autem, quem optamus, Verbum Dei fructum producat, hortamur omnes, vt Verbum ipſum audire non renuant: ſcriptum eſt enim [a] *Lex Domini immaculata, convertens Animas*. Vt igitur Animas noſtras ſanctificet, avidiùs illud audiamus clariſsimum namque erit ſignum noſtræ prædeſtinationis, teſtante Domino: [b] *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit*, ſicuti etiam reprobatio noſtra procedit ab illo non audiendo, & ideò ſequitur: *Propt rea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis*.

a Pſ.18.n.8

b Io. cap.8. n.47.

Et quia in noſtra Viſitatione comperimus quod in nonnullis Eccleſiis Prædicatores præſentantur, & nominantur, vel per homines Villæ, vel per aſſertos Patronos, ſtrictè in Domino præcipimus, quod quilibet ex his, in termino trium Menſium, à die publicationis præſentis Synodi, exhibeant coram Nobis, vel noſtro Vicario legitima documenta hujuſmodi facultatis; aliàs præſentationes non admittentur ſed electio, & deputatio ad Nos ſpectabit, prout de jure ſpectat, neque in tali deputatione (quatenùs ad eos pertineat) utantur Verbis *Eligimus, & Deputamus*, quæ juriſdictionem important, ſed tantùm verbis. *Præſentamus; & Nominamus*, juxta reſolutionem Sacræ Congregationis Epiſcoporum. [c]

c In vna Caſanaten. 17. Sept. 1652.

CAP. VI.

De Sacræ Scripturæ Lectione, & Caſibus Conſcientiæ.

Labia Sacerdotis cuſtodiunt Scientiam & legem requirent ex ore eius [d] inquit Dominus per Malachiam Prophetam, & his verbis profectò innuitur quàm inexcuſabilis ſit in Sacerdote, & ſignanter in Animarum Rectore ignoratio Scripturarum; ut enim dicitur

d Malac.c.2 n.7. c.ſi Laicis 38.

citur Prov: 24. *Sapientia ædificabitur Domus, & Prudentia roborabitur.* [a] Cum enim omne opus Sacerdotum in prædicatione conſiſtat, & doctrina; hinc eſt, quòd Sacroſancta Trid. Synod. tàm enixam Eccleſiaſticæ Diſciplinæ neceſſitatem conſiderans, nè Cœleſtis ille Sacrorum Librorum Theſaurus, quem Spiritus Sanctus, ſumma liberalitate, hominibus tradidit, neglectus jaceat, [b] Epiſcopis ſtrictiſimè injungit electionem Præbendæ Theologalis in ſua Cathedrali, ad inſtructionem Cleri, ut edoctus lectionibus, tàm Sacræ Scripturæ, quàm Caſuum Conſcientiæ legem addiſcat.

Canonicus igitur, qui Præbendam obtinet Theologalem, ſingulis diebus Dominicis, ſtatìm immediatè poſt Veſperas legat in noſtra Cathedrali, ſaltèm per dimidium horæ vel Sacram Scripturam, vel Theologiam moralem, à prima Dominica poſt Epiphaniam, uſquè ad illam Septuageſimæ, & deindè à Dominica Sanctiſſimæ Trinitatis, uſque ad Dominicam proximam Feſto S. Mariæ Magdalenæ, & à prima Dominica poſt nundinas de Menſe Octobris, uſque ad Adventum excluſivè, & ſi munus hoc ſuum exequi contempſerit, in fructibus punietur alteri applicandis, qui de noſtra licentia, & ordine ſatisfaciet.

Mandamus proindè omnibus Canonicis utriusque Eccleſiæ, tàm Cathedralis, quàm Collegiatæ, nec non Curatis de Vrbe, cæteriſque Sacerdotibus Sæcularibus, & ad audiendas Confeſſiones Sacramentales admiſſis, [c] reliquoſque in Sacris Ordinibus, ac Minoribus, & Clericali etiam Tonſura conſtitutos monemus in Domino, & ſummoperè hortamur, ut dictæ lectioni Theologali interſint, nè aliàs, & ipſi, quæ ſunt Domini neſcientes à Domino neſciantur Paulo atteſtante. *Si quis ignorat, ignorabitur.* [d] Sacerdotes verò, qui neglexerint intereſſe in concurſu vacantium Parochialium, ſemper minus idoneos reputabimus, Clericoſq; negligentes, ad ſuperiores Ordines non premovebimus, juxa illud Oſeæ. [e] *Quia tu Scientiam repuliſti, repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi.*

Quoniam verò Parochi ſuburbani, & illi, qui reſident in partibus montuoſis, hujuſmodi conventui

a Prou. c. 24. n. 2.

b Cõc. Tr. Seſſ. 5. cap. 11. de reform. & ſeſſ. 23. cap. 18. de reform. Conc. lateranen. ſub Innoc III. relat in Cap. nonnullis de magiſtr. & Laterã. 4. ſub Alex. III. c. 18. Cõſtantinop. 6. c. 5. c. Ignorantiam diſt. 38. cap. quia de magiſtr. D. D. in cap. maior: de Prębẽd. Gloſſ. in cap. quod nullus ver. Prębẽdę de Magiſtr.

c Cõgr. Conc. 11. An. 1618

d Pr. ad Corynth. cap. 14. n. 38.

e Oſe: cap. 4. n. 6.

vacare non poſſunt, ſivè ob diſtantiam à Civitate, ſivè ob eorum incommodum, renovamus illud, quod in Viſitatione noſtra decrevimus, ut ſingulis Menſibus, in ſingulis Pleberiis convenientes ad aliquod Officium, ſivè Feſtivitatem, alternatìm Caſum Conſcientiæ proponant, reſolvant, onusq; Plebani ſit, ad nos in ſcriptis referre, ſub pœna Parochis, qui legitimo impedimento ceſſante, non interfuerint, arbitrio noſtro taxanda, grauitèr etiam augenda prò modo culpæ, ſi bis, aut ter defuerint.

Ut autèm uberior Eccleſiaſticæ Diſciplinæ fructus in dies reſultet, Clerusq; noſter magis creſcat in ſcientia, & timore Domini, peracta hac Synodo, Deo dante, generalem ſingulis Menſibus Congregationem coram Nobis in Palatio Epiſcopali indicemus, in qua per modum Conferentiæ Spiritualis diſcutietur, & in ſcriptis decidetur Caſus Conſcientiæ, nec non examinabitur aliqua virtus, ſivè Theologalis, ſivè Moralis, vel Cardinalis, cum mediis ad eam aſſequendam conducentibus, vitioq; oppoſito reſiſtendis, unà cum aliis rebus ad Animarum curam, ad Clericalis Vitæ, morumque honeſtatem, ad Divinum cultum, ac ad ſcandala, & vitia tollenda, ſpectantibus diſcuti poſſint, & Nos, ſeu Vicarius noſter opportuno remedio providere poſſimus, ad quam accedent omnes, & Singuli Canonici, Parochi, Sacerdotes, & Clerici noſtræ Diœceſis, exceptis tamèn iis, qui in Montibus degunt vel itineris longitudo adeſſe non patitur, quos omnes in Domino enixè hortamur, ut curent intereſſe ad proprium uniuſcujuſq; profectum, nec non communem Cleri, & Sæcularium ædificationem; *Qui enim confiteri vult peccata* [a] *ut inveniat gratiam*, fatur Auguſtinus. *quærat Sacerdotem ſcientem ligare, & ſolvere*, & ut inquit S. Antonius Patavinus, *Confeſſio mundat hominem à lepra, & decorat gratia Spiritus Sancti.* Undè ſi Confeſſarii neſciant diſcernere lepram à lepra, & ſcientiæ defectu ignorant, qui ſit ligandus, ſiuè Solvendus, utiq; mederi non poterunt infirmorum Peccatorum neceſſitabus.

a S. Aug. de vera, & falſa pænit: cap 10. poſt med. S. Anton. Patau ſer. infr. oſt. Natiuit. ãte med.

Cap.

CAP. VII.

De Dierum Feſtorum obſervatione.

V*Idete, ut Sabbathum meum cuſtodiatis*, præcipit Dominus in Exodo: *Quia ſignum eſt inter me, & vos in generationibus veſtris* [a], & hoc, adeò religioſè cuſtodiebatur, ut inventum hominem in Deſerto qui die Sabbathi, neceſſitatis cauſa colligebat lingna, juſſu Moyſis, Carceribus traditus ſit, & de ordine Domini lapidatus. [b] Conſumata deindè veteri lege, Eccleſia Spiritu Sancto afflata, feſtivam diei cęlebritatem, in diem Dominicum tranſtulit [c] aliaſque ab initio, & ſucceſſivis temporibus addidit feſtivitates; nuper ab Vrbano VIII. declaratas. [d] Si igitùr hujusmodi Feſta à Chriſtianis non cuſtodirentur cum illa religioſitate, qua colebantur Sabbatha Judæorum, locus eſſet Cenſuræ S. Cęſarii Arelaten. Epiſcopi, qui deplorans ſui temporis miſerias dicebat. [e] *Satis durum, & prope nimis impium eſt ut Chriſtiani non habeant tantam reverentiã diei Dominico, quantã Judæi obſeruare videtur in Sabbato.*

Cupientes igitùr pravos abuſus, qui ex inobſervantia feſtorum invaluerunt, corrigere. Quę Romani ſtatuere Pontifices; Tridentina ſancivit Synodus; noſtrique docuere Majores omninò confirmamus, ſciãtq; omnes, ſe læthali culpæ obnoxios fore, ac corporalibus mulctis ſubiiciendos, qui Feſtos dies per ſervilia opera violare tentaverint. [f]

Hinc omnes Feſti dies, quorum Catologum infrà ſubicimus, omni cum veneratione obſerventur, & ut verbis utar S. Leonis Pontificis. [g] *Si enim rationabile videtur per diem Feſtum in veſtitu nitidiori prodire, nonnè dignum eſt ut Anima Chriſtiana ſpeciem ſuam prudentèr exornet, nè ulla eam iniquitatis macula offuſcet?*

Omnes igitur Plebani, Parochi, cæterique curam Animarum habentes, tàm intra, quàm extra Civitatem ſolicitè curent, ut Populi ſibi commiſſi hos dies ritè obſervent, ſimulq; doceant eorum obſervantiam conſiſtere formalitèr in audiendo Sacro, in ple-

a *Exod. c. 31 n. 13.*

b *Num. c. 15. n. 36.*

c *C. 3. de fer Conc. vernen. An. 755. c. 14. Cõc. frãcofurten. An. 794. c. 21.*

d *Vrba. VIII. cõſt. quę inc. univer. Cõc. Mogũt. An. 813. can. 36.*

e *S. Cęſar Arelat. homil. 13 ante fin.*

f *Cap. Tant. diſt. 868. Greg. lib. 7. Ep. prim & 2. Leo IIII. homil. de cura Paſtor. S. Amb. lib. prim. de off. cap. 35. poſt. med. B. Pius 5. Coſt. quę incip. cũ prim. Cõc. Antiſiodoren. An. 578. c. 16. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de Iejunijs & dieb. feſt. de reform.*

(g) *S. Leo ſer. 3. de quadra.*

na,ac perfecta applicatione ad Divina, & in religioſa ceſſatione ab omni opere ſervili. [a] Sivè illud ſit mechanicum, ſivè rurale, juxta monitum S. Ambroſii: *Tota [b] die feſtivitatis ſit nobis, vel Oratio, vel lectio;* propterea doceant omnes teneri his diebus ſub pœna peccati mortalis integram Miſſam audire, ad Eccleſias convenire, Divinisq; Officiis intereſſe, ab omni illicito, & ſervili labore ſe abſtinere, à prophanis negociationibus, & Judiciorum ſtrepitu conquieſcere, Juramenta non præſtare, Contractus non facere, Sarcinas non componere, Equos, & Jumenta non onerare, Mercatoribus, aut aliis Civibus, & Viatoribus apertis Apothecis non vendere, [c] niſi eas res, quæ ad victum ſunt neceſſariæ, prò quibus duæ tantùm permittantur, quæ poſſint Carnes, Aromata, Medicamenta, & cætera obſonia vendere, alias ſingulis Menſibus ſubſtituendo, ut omnes gaudeant prædicta commoditate, cæterę verò clauſę remaneant ſub pœna quatuor Aureorum, nimirùm, vno prò Executoribus, & tribus aliis prò operibus piis à Nobis deſtinandis, juxta Ædictum aliàs per Nos factum, atque aliis arbitrio noſtro imponendis.

a Cap. prim. cap. licet. de fer. cap. nullus. cap Placita 15. quaeſt. 4. cap. rogat. diſt. 3. de Cõſecrat.

b S. Ambroſ. ſer. 33. poſt. med.

c Cap. pr: & cap. Conqueſt. de fer. Cõc. mogunt. An. 813. can. 4. Conc. Remen. An. 813. c. an. 35.

Dum Miſſa, Officia Divina, Sacra Concio, Doctrina Chriſtiana, vel quæcumque alia functio Eccleſiaſtica peragitur, nulli in Eccleſia, vel prope ipſam ſtrepitus, clamores, aut importunæ fabulatiónes permittantur. [d] cantilenę autèm, inſtrumentorum concentus, ſaltationes, luctæ, ſpectacula, circulatorum ineptiæ, luſuſuè quilibet propè Eccleſiam nunquàm, nec etiam alibi dictorum Sacrorum tempore nullatenus tolerentur, inordinatas deniquè, ac intemperantes compotationes in cellis vinariis, Taxillorum, & Cartarum ludos toto die feſto paritèr vetamus; hoc eſt enim, non feſtum cælebrare, ſed obſequi Dæmoni, qui Sabbatha noſtra deridet, teſte S. Antonino: [e] *Dæmones Inimici peſſimi Animæ, ſeu Eccleſiæ, derident hominum feſta, quià non Deo, ſed ſibi vacant ventri, & Dæmoni.*

d Cap. Irreligioſa diſt. 3. de conſecr. cap. qui die diſt. 1. de conſecr.

e S Ant. par. 2. tit. de Accedia ca. 7. §. 4. circa med.

Tempore autèm Meſſis, Vindemiarum, Recollectionis fructuum, [f] vel quandocumq; aliquid ſimile

f Cap. final. de fer. leg. p. 2. & 3. ff. de fer.

mile fieri neceſſitas exigit, aut pietas ſuadet, Nos ipſi, vel Vicarius noſter, ſeu Plebani, & Parochi conſulantur (quorum Coſcientiam oneramus) qui gratìs licentiam concedent, monitis tamèn priùs, ut antea obligationi audiendi Sacrum ſatisfaciant, proùt etiam prohibemus abuſum forſan introductum, ut vulgò dicitur, *d'incigliare la Canapa, e'l Lino* in diebus Feſtis; quod eſt opus ſervile.

Ut autèm omnia præfata inviolatè ſerventur nec Traſgreſſoribus ulla ignorantia ſuffragetur Plebanis, & Parochis omnibus (ſub gravibus contra negligentes pœnis præcipimus,) ut ſingula feſta ſiuè fixa, ſiuè mobilia per unamquamq; hebdomadam recurrētia [a] die Dominico præcedenti inter Miſſarum ſolemnia Populo ſuo ſignificent, & deindè pridie cujuslibet feſtivitatis ſtatim poſt Salutationem Angelicam veſpertinam, per aliquod ſpatium ſono Campanæ ſacram Feſtiuitatem futuram indicent, inſupèr in Epiphania, Feſta mobilia totius Anni, inter Miſſæ cælebrationem in Cathedrali Eccleſia juxta formam Pontificalis Romani, ſolemnitèr publicentur: [b]

Dies autèm feſtos, quos in Diœceſi noſtra ſervandos præcipimus, etiam ab Exemptis omnibus, tàm Sęcularibus, quàm Regularibus, ex Decreto Sac. Conc. Trid., [c] obſervari mandamus.

a Cap. Pronunc. diſt. 3. de conſec.

b Pontific. Rom. par. 3. in princ.

c Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 12. de Regular.

CATALOGUS

Feſtorum, in Civitate, & Diœceſi Cortonenſi ſervand.

CAP. VIII.

OMnes Dies Dominici totius Anni.

Menſe Januarii.

1 Circumciſio D. N. J. C.

6 Epiphania Domini.

Menſe Februarii.

2 Purificatio B. Mariæ Virginis.

24. S. Matthias Apoſtolus, vigilia cum jejunio, & Anno biſſextili 25.

Menſe Martii.

19 S. Ioſeph Sponſus B. Mariæ Virg.

25. Annunciatio B. Mariæ Virg.

Menſe Aprilis.

25. S. Marcus Euangeliſta Patronus Civitatis.

Menſe Maii.

1. SS. Philippus, & Jacobus.

3. Inventio Sanctæ Crucis.

Menſe Junii.

24. Nativitas S. Joannis Baptiſtæ, vigilia cum jejunio.

29. SS. Petrus, & Paulus Apoſtoli, vigilia cum jejunio.

Menſe Julii.

25. S. Jacobus Apoſtolus, vigilia cum jejunio.

26. S. Anna Mater B. Mariæ Virg.

Menſe Auguſti.

10. S. Laurentius Martyr, vigilia cum jejunio.

15. Aſſumptio B. Mariæ Virg. vigilia cum jejunio.

24. S. Bartholomæus Apoſtolus, vigilia cum jejunio.

Menſe Septembris.

8. Nativitas B. Mariæ Virg.

21. S. Matthæus Apoſtolus, vigilia cum jejunio.

29. Dedicatio S. Michaelis Arcangeli.

Menſe Octobris.

28. SS. Simon, & Judas Apoſtoli, vigilia cum jejunio.

Menſe Novembris.

1. Omnes Sancti, vigilia cum jejunio

30. S. Andreas Apoſtolus, vigilia cum jejunio.

Menſe Decembris.

21. S. Thomas Apoſtolus, vigilia cum jejunio.

25. Nativitas D. N. I. C. vigilia cum jejunio.

26. S. Stephanus Prothomartyr.

27. S. Joannes Apoſtolus, & Evangeliſta.

28. SS. Innocentes.

31. S. Silveſter.

So-

Solemnitates, & Feſta Mobilia.

Dies Reſurrectionis D. N. I. C. cum duobus diebus ſequentibus.
Aſcenſio Domini Noſtri Ieſu Chriſti.
Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus.
Feſtum Corporis Chriſti.
Die 12. Decembris cælebretur ab omnibus Officium Inventionis Sanctiſſimi Veli Beatiſſimæ Virg. Mariæ Anno 1629. reperti, ſub Ritu duplici Miſſa, & Officium erit idem, quod celæbratur in die feſto Sanctæ Mariæ ad Nives 5. Auguſti præter lectiones 2. Noct. quæ erunt illæ, quæ dicuntur in 2. Noct. diei 5. infra Octavam Nativitatis ejuſdem Beatiſſimæ Virg.

CAP. IX.

De Reliquiarum Veneratione.

Honoro in Carne Martyrum, exceptas prò Chriſto Domino Cicatrices, [a] inquit S. Ambroſius, *honoro viventis virtutes, perennitate memoriam, honoro Corpus, quod mihi Dominus oſtendit diligere, & me propter Dominum docuit mortem non timere*. Sanctorum Corpora viva olim S. Spiritus habitacula, & modò fontes ſalutares, immenſa profundentes Beneficia, & odorem ſuavitatis redolentia [b] ex veteris, & novi Teſtamenti paginis, ex antiquiſſima Eccleſiæ praxi, per tot Concilia, totque miracula comprobata, debitum merentur honorem, quia licèt ſint de propria felicitate ſecuri, ſunt tamèn de noſtra ſalute ſoliciti. Exigit itaque Chriſtiana Pietas, & Devotio ut quorum opem in noſtris neceſſitatibus religiosè imploramus, eorumdem memoriam ſanctè recolamus, atque etiam Sacra oſſa, & Reliquias, quin & ipſos Cineres proni veneremur.

Ut igitùr Sacris Reliqiis, quibus Diœceſis noſtra affluenter ditata reperitur, debitus cultus preſtetur ſtrictè præ-

a S. Amb. ſer. 14. de ss. Nazar. & Celſo.

b Exod. c. 13. n. 19. Conc. Nicen. 2. Act. 6. Concede alijs relat. per Belarmin. de Beat. sanct. lib prim. cap. 16. 19. Conc. Trid ſeſſ. 22. cap. 3. & ſeſſ. 25. in princ. de ref. Inuocat. & venerat. Sanctor.

præcipimus omnibus Eccleſiarum Rectoribus, ut Thecis ſaltèm ex ligno deaurato, affabrè elaboratis, & Cryſtallo ſeù vitro pellucido, & integro, non confusè, ſed ſeparatis Cellulis, & ſua unaquaque inſcriptione, & nomine diſtinctis, authenticas Reliquias repoſitas, ſeù reponendas, ut in viſitatione noſtra præſcriptum fuit, diligentiſſimè cuſtodiant. Si quas verò ignotas, dubiæq; [a] fidei & legitimis careant impedimentis nec à Nobis recognitæ fuerint, & approbatæ, eas ſeparato, & mundo vaſculo conſervandas quidem, ſed ſinè noſtra licentia non exponendas meminerint.

a Con. Carthagin. primũ an. 348. Can. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de invocat. & venerat. Sãctorum.

Retineantur autèm in Eccleſia in loco fixo, & conſpicuo, intus, & extra decentèr ornato, cum hac Epigraphe, ſeù inſcriptione: *Reliquiæ Sanctorum* appoſita, ut commodè poſſint à Fidelibus venerari. Cuſtodiantur autèm ſub vna, vel duabus Clavibus quarum ſaltèm vna retineatur à Parocho, ſeù Rectore, altera verò penes illum, apud quem ex legitima conſuetudine, vel alio Canonico titulo ſpectat, nec ullo modo permittatur [b] Altarium Patronis, poſt factam illarum expoſitionem Domum afferre, etiam cuſtodiæ prætextù, ſub graviſſimis pœnis.

b Cap. cum ex eo de penit. & remiſ. Conc. Lateranen. 4. An. 1215. can. 62.

Non aſſerventur in Tabernaculo Sanctiſſimæ Eucariſtiæ nec in Sacello, ubi Sacra Olea cuſtodiuntur hominum oculis [c] ad quæſtum non exponantur, & quandò erunt Populo oſtendendæ, cum luminibus, & Cereis accenſis fiat, idque non frequentèr, ſed ſtatis temporibus, Feſtiſque ſolemnibus Anni à Sacerdote, ſeù ab alio in Sacris conſtituto, Superpellicio, & Stola induto, & adhibita ſemper thurificatione, tàm in earum extractione, quàm repoſitione.

c S. Greg. lib. 3. Epiſt. 30.

Quæ ab antiquo, & immemorabili tempore continuata Populi veneratione ſemper habitæ ſunt prò reliquiis in eadem veneratione remaneant, novę verò exponi non poſſint abſque authenticis, à nobis, vel Vicario noſtro Generali recognoſcendis [d] et ſi fuerint aliàs expoſitæ ſinè noſtra licentia, venerandæ non ſunt, proùt etiam Reliquiæ Beatorum, qui nondùm adſcripti ſunt in numero Sanctorum, in Altari col-

d Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. fin. de Reliq. & Venerat. Sanct. Conc. Mediolanen. 4. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. allegat. 97. n. 10. & ſeq. Fagan. in cap. ex eo de Reliq. & venerat. Sanctor.

collocentur ad normam Conſtitutionis Urbani Papæ VIII. [a] minuſque proceſſionalitèr deferantur ſub pœnis arbitrio, exceptis B. Margarita, B. Ugolino, & B. Guido Tutelaribus Cortonæ, & Concivibus noſtris, qui habent cultum ab immemorabili.

[a] *Vrbă.VIII Conſt.37. Săctiſſimus.*

Reliquiæ Sanctorum, cum ſint de pretioſis rebus Eccleſiæ, nemini (nec etiam Regularibus) ex eorum Ecleſiis illas, ſeù illarum partem ex dictis Capſulis extrahere, & ſibi habere, vel aliis tradere, dònare, ſeù concedere, nec de uno, ad alium locum transferre, ſinè debita licentia.

In Oratoriis privatis non retineantur Reliquiæ; [b] niſi de noſtra, vel Vicarii noſtri licentia, & ſi ſint inſignes [c] coram eis diebus ſaltèm Solemnibus ardeat lampas accenſa, quæ aliàs conueniret omnibus Sacris Reliquiis. Sciantque Laici vetitum ſibi eſſe abſquè facultate legitima Sacras Reliquias (dummodo modicæ particulæ vel fragmenta non ſint) intra domeſticos parietes habere, & etiam ex curioſitate contrectare, quod nec licet quidem Confraternitatum Sodalibus eas exponere, quod ſemper fieri debet per Sacerdotes, vel Ordine Sacro initiatos. [d]

[b] *Conc. Eupapenenſe can. 25.*

[c] *Congreg. Epiſcoporum 17. Decemb. 1590.*

[d] *Conc. Coloniens. 2. par. 3. cap. 2. & Trid. ſeſſ. 25. de invocat. & venerat. Sanctorũ. Mediolanen. 4. c. 1. de SS. Reliqu. Sac. Congreg. Rituum 8. April. 1628.*

CAP. X.

De Sacris Imaginibus.

Honor ille, quo probos Conſervos afficimus, noſtræ erga communem Dominum Benevolentiæ argumentum eſt, atque Imaginis honor ad Exemplar tranſiit; [e] ſcripſit S. Joannes Damaſcenus. Hinc eſt quod Catholica Eccleſia à ſuis jam incunabulis, Sacrarum uſum Imaginum amplexa fuit, eaſdem conſtantèr ubique Terrarum retinuit, ob earum conſervationem, accerrimam ab Iconomachis, & Iconoclaſtis perſecutionem ſubſtinuit, earumq; cultum, & venerationem Oecumènico-

[e] *S. Joannes Damaſcen. lib. 4. de fid. orthodoxa cap 17. ante fin.*

rum Conciliorum Decretis ſtabilivit. [a] Imagines enim (id quod Parochis noſtræ Diœceſis plebem fidelem, ſępè docere pręcipimus) Rudes inſtruunt, &, ut verbis utar Gregorii Pontificis: *Quod [b] legentibus Scriptura, hoc Idiotis preſtat Imaginum pictura cernentibus; quia in ipſa, etiam Ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui litteras neſciunt*. Myſteriorum fidei noſtræ, geſtorum à Chriſto Domino prò noſtra ſalute, & Sanctorum memoriam fidelitèr renovant, excitant, & conſervant, ac Fideles ipſos ad eorum, quos repreſentāt Amorem, atque imitationem ſuaviter invitant, teſtante eodem S. Joanne Damaſceno: [c] *Horum facta præclara, cruciatuſque pictura expreſſos, oculis meis propono, ut eo pacto Sanctus efficiar, & ad imitationis ſtudium incendar*, & quantùm in Imaginum veneratione, Chriſtum, Sanctoſque, earum Prototipa honoramus, & colimus, tantumdèm ſuperſtitionem omnem, & Idolatriam, deteſtamur; ut enim inquit Hugo Cardinalis: *Sanctorum Imagines non coluntur, ſed Deus veneratur in eis.* [d]

Cum itaque Picturæ, eloquentiſſima taciturnitate fideles utiliſſimè alloquantur, & commoneant, ne ulla turpis quæſtus fœditas, aut ſuperſtitionis impietas, errorve in Populorum mentibus irrepat; Paſtorali propterea noſtro Ædicto prohibemus, nullam Imaginem publicè in Eccleſiis venerandam exponi, niſi de noſtra, vel Vicarii noſtri licentia, ſub pœna decem Aureorum, arbitrio noſtro applicandorum, & ammiſſionis Tabularum, quæ licentia nullatenùs concedatur, niſi Imago ipſa Eccleſiaſtico priùs ritù benedicatur. Benedici verò vetamus, non modò inſigni turpitudine indecoras, ſed etiam procaci, & prophana magis venuſtate, quàm Religioſa modeſtia, & Sancta majeſtate commendatas. [e]

Pavimentis autem, lociſque ſordidis, & irreverentiæ obnoxiis, Sacras effingi Imagines nullatenùs permittimus ſed ſicubì fuerint, indè auferri, honeſtiori ſede collocari, aut certè comburi, & earum Cineres ſub pavimento Eccleſiæ reponi, ſtrictè jubemus. [f]

Sacris Imaginibus prophanæ non miſceantur Effigies, etiamſi

a Cōc. Trid. ſeſſ. 25. de Sac. Imaginibus.

b S. Greg. in regeſt. Epiſtol. lib. 9. indict. 4. epiſt. 9. ad Serenum Epiſcopum Maſſilien.

c S. Io: Damaſcen. orat. 1. de Imagin: ante med.

d Hugo Cardinalis in cap. 26. Leuitic. in princ.

e Cap. Si Canonici de off. Ordinarij in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Sac. Imag. Acta Eccleſiæ Mediolan. Conc. Provinc. 4. cap. 4. de Inſtruct. Fabric. Eccl.

f Sac. Congr. Epiſcoporū in Venet. 22. Maij 1596.

etiàmſi Altaris illius Patroni ſint, vel de illa Eccleſia benemerentes. Pictores caveant, ne in Tabulis, quæ Eccleſiarum Altaribus ſunt imponendæ, Viventium Perſonarum ſimilitudines, ad Sanctorum Imagines exprimendas, ità transferant, ut ſcandalum intuentibus poſſint præbere, id enim ſi Nobis conſtiterit, acritèr ſe fore puniendos certò ſciant, & ne ullus unquàm abuſus irrepat, volumus, quod in poſterum antequam Sacræ Imagines in Altaribus, vel in Eccleſiis exponantur priùs ſint recognitæ [a] per Nos, ſeù Vicarium noſtrum Generalem, ſeù alium de noſtra vel ejuſdem Vicarii licentia.

[a] *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Sac. Imag.*

Non dum ritè Beatificatorum, aut Canonizatorum Imagines, juxta Urbani Papæ VIII. Decretum, absq; Apoſtlicæ Sedis approbatione, nullo modo exponantur, geſta, & miracula non celebrentur, lumina non apponantur, exceptis iis, quibus idem Pontifex, vel ex communi Eccleſiæ conſenſu, vel èx immemorabili conſuetudine præjudicare non intendit. [b]

[b] *Urbã. VIII. Conſt. 37. Sanctiſſimus.*

Curent deniquæ omnes, & ſignantèr Clerici in Domibus ſuis Sacras Imagines habere, Chriſti Domini Noſtri, Beatiſſimæ ſemper Virginis eius Matris, ac Sanctorum Tutelarium, ut coram eis, manè, cum è cubili ſurgunt, & veſperì, antequàm cubitum vadant, preces effundant, Examen Conſcientiæ faciāt, & per totum diem modeſtiæ, ac virtutis memores, nihil facere audeant, quod Deo, Sanctisque præſentibus facere erubeſcerent.

CAP. XI.

De Miraculis.

M*iracula Dei cultum, Religionemque commendant, & tenemur in Eccleſia vinculis Miraculorom,* [c] inquit Auguſtinus. Cum non modo in Sanctorum Reliquiis venerandis, ſed etiam in miraculis recenſendis,

[c] *S. Auguſt. lib. 2. cap. 2. & lib. 10. cap. 12. in princ. de Civit. Dei.*

tàm ſuperſtitio, quàm turpis quæſtus ſit eliminandus, ideò ſub gravibus arbitrii pœnis mandamus omnibus tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, ne nova miracula [a] aut revelationes recenſeant, ſine noſtra approbatione; *Diabolus enim tamquàm leo rugiens circuit quærens quem devoret,* [b] & quandoq; ut mentes Inſipientium eludat, & Fidei noſtræ veritatem obliteret, transfigurat ſe in Angelum Lucis.

a Conc.Trid. ſeſſ.25. de Invocat.Sanctor. venerat.& Reliquiis.

b 1. Pet.c.5.

Mandamus etiam, ne ad quorundam hominum, ſiuè Mulierum, quantumcùmq; Sanctitatis, aut fama martirii Defunctorum Sepulchra, Tabellæ, aut Imagines appendantur cujuſcumque materiæ, aut Lampades accendantur. Liceat autèm Eccleſiarum Rectoribus, ſi afferantur, eas recipere, & retinere in loco ſecreto, & interim ad Nos deferatur, ſeù ad noſtrum Vicarium ſub pœnis contentis in pręcitata Bulla Urbani VIII: Quod ſi Benigniſſimus Dominus, cujus eſt, ſeù per ſe ipſum, ſeù per Sanctorum interceſſionem facere, & Eccleſiam ſuam illuſtrare, Fidem noſtram confirmare, & Fideles ſolari per Miraculoſas Operationes, complacita benignitate dignabitur, accuratiſſima diligentia per Thelogos examinabuntur, & quibus de jure, deferetur.

CAP. XII.

De Indulgentiis.

INexhauſtus meritorum Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, reliquorumque Sanctorum Theſaurus, ex benignitate ejuſdem Salvatoris Noſtri, ſic ab Eccleſia in Salutem Fidelium diſpenſatur, ut non ſolùm per ea culpæ reatus, & pœna [c] æterna peccatis debita in Sacramento Pænitentiæ remittitur, ſed etiàm temporalis eorundem peccatorum poſt Sacramentalem Confeſſionem inflicta, in opera facilioris executionis commutata, nonnunquam minuatur, & quandòq; etiam plenè condonetur.

c Conc.Trid. ſeſſ.6. cap.14. de juſtific. & ſeſſ.14. cap.8. de Pænit. & ſeſſ.25. in Decret.de Indulg.

Nè

Nè autèm hujuſmodi diſpenſatio, ſeù diſtributio Indulgentiarum aliàs ex Laudabili Uſu in Eccleſia introducta, diſciplinæ rigorem obtundat, aut morum relaxationem, varioſque abuſus, ſpe, & occaſione earum inducat, Paſtorali noſtra Solicitudine præcipimus Parochis, Concionatoribus, & Confeſſariis, ut Catholicæ Matris, & Magiſtræ noſtræ ſenſum, circa Indulgentias edoceant, Plebemque inſtruant, ut Cordis contritionem, Sacramentalem Confeſſionem, aliaque opera à Summo Pontifice injuncta fidelitèr impleant, ut eas conſequi facilè poſſint.

Ut verò prætioſi hujus Theſauri fructus à Populo noſtræ curæ commiſſo uberiùs conſequatur, mandamus omnibus Eccleſiarum Rectoribus, & Confraternitatum Officialibus, ut ſi indulgentias non habent, eas à Santa Sede Apoſtolica, ſaltèm in die S. Titularis, vel alterius præcipuæ Feſtivitatis, habere procurent.

Novas Indulgentias, etiam impreſſas, quæ impoſterùm obtinebuntur, nemo etiàm Regularis, ſiuè Clericus, ſivè Laicus, abſque noſtra, vel Vicarii noſtri licentia, una cum recognitione duorum de Capitulo audeat publicare, ſub pœna viginti quinque ſcutorum, locis piis applicanda.

Sub prætextu pietatis, occaſione Indulgentiarum, turpis quæſtus, ſeù importuna Eleemoſynarum exactio non fiat, ſub pœnis arbitrio noſtro. [a]

[a] *Conc. Trid. ſeſſ. 25. in Decret. de Indulg.*

Quoniàm verò hodiè in Brevibus Indulgentiarum apponi ſolet Clauſula: *Volumus autem, ut ſi aliàs Chriſti fidelibus dictam Eccleſiam qualibet Anni die viſitantibus, aliqua alia indulgentia perpetua, vel ad tempus, non dum elapſum duratura, cõceſſa fuerit, præſẽtes Literæ nullæ ſint*; ex Decreto Sacræ Congregationis [b] ſuper Indulgentiis, à Sanctiſſimo approbato, declaramus in dicta Clauſula minimè contineri Altaria Privilegiata prò Defunctis, neque Indulgentias, aut certo Perſonarum generi conceſſas, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipſa Eccleſia peragentibus, ut Lytanias, aliaſue huiusmodi preces recitantibus, ac iis, qui Chriſtiana Doctrina erudiuntur,

[b] *Decr. Sacr. Congregat. ſuper Indulgent: 23. Iunij 1676. approbat. per Sanctiſſimum 18. Mar. 1677.*

& qui

& qui Sanctiſſimæ Eucariſtiæ Sacramenti expoſitioni, cùm, oratione quadraginta horarum, interſunt, neque ſeptem Altarium Indulgentias, adinſtàr ſeptem Altarium Baſilicæ Vaticanæ conceſſas, nequè demùm quæ prò vnica vice conceduntur. Cæterum ſi alia Indulgentia, ſiuè Plenaria in perpetuum: vel ad tempus à Romano Pontifice generatim Chriſtifidelibus Eccleſiam, vel Altare, ſeù Cappellam viſitantibus, eodem Anni die, vel diverſo conceſſa fuerit, & de qua non fiat in litteris Apoſtolicis mentio, has Litteras ob dictam adiectam Clauſulam, eſſe prorsùs irritas, & nullas admonemus.

Si quis autem Indulgentias inutiles eſſe aſſeruerit, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negaverit, ſciat ſe anathematis gladio percuſſum, & tanquam de hæreſi ſuſpectum poſſe puniri. a

CAP. XIII.

De Sacroſanctis Eccleſiis

E*Ccleſia Mater eſt Spiritualis, Sponſa Chriſti, Gratia eius dealbata, pretioſo Sanguine dotata.* b Domum itaque Dei, in qua Sacroſancta Myſteria peraguntur, Deus c cum hominibus habitat, de excelſo Solio Gloriæ ſuæ Supplicantium preces axaudit, quam maxima decet ſanctitudo; ideò omni cultu, ornatu, ac decore, ſicut Sponſa ornata viro ſuo, enitere debet.

Ex noſtri igitur Paſtoralis Officii debito proindè mandamus, quòd nullæ in poſterum ædificentur Eccleſiæ, vel Oratoria, vel Altaria, & Cappellæ, abſque licentia noſtra, & Nobis abſentibus, Vicarij noſtri Generalis, eademque licentia non concedatur, niſi priùs per inſtrumentum conſtituta ſit annua competens Dos. d

Quià verò valdè intereſt Chriſtianæ Reipublicæ; Eccleſias ædificatas conſervari: ideò Concilii Tridentini monitum ſequentes, Eccleſias quę ſunt ſine Cura etiamſi Juris patronatus ſint, inopia tamen fatiſcentes, & ſic collapſas, ut inſtaurari nequeant e vocatis vocandis, in

a Conc. Arelatenſe Anno 314. can. 9. Conc. Trident. ſeſſ. 25. in Decret. de Indulg.

b S. Auguſt. lib. 4. de Symbolo cap. 13. in princ.

c Paralypom. c. 6. n. 18. Iſai. cap. 6. n. 1. Pſ. 92. n. 5. Apocalyp. c. 21. n. 2.

d Cap. Sicut cum ſeq. cap. his ergò, cap. nullus Prasbyter, cap. Cleric. cap. nemo Eccleſiam, diſt. 1. de Conſecrat. Conc. Mediolanen. An. 1287. Conc Trid. ſeſſ. 22. Decret. de obſervan. & evitan. in celebr. Miſſæ.

e Cap. & 4. de Eccl. ædifican. Cōç Trid. ſeſſ. 7. cap. 8. de reformat.

in alias Eccleſias, cum omnibus emolumentis, & oneribus transferri volumus.

Si quæ Eccleſiæ Cappellæ, vel Altaria abſque Dote erecta fuerint, & Patroni illam præſtare, & de neceſſariis providere recuſaverint, poſt trinam judicialem monitionem, aliis dentur, qui dotare, & de neceſſarus providere ſe offerant, & cum effectu provideant. [a]

Eccleſiæ vetuſtate collapſæ, reſtaurentur ex fructibus, & redditibus ejuſdem, & quatenùs non adſint, nec ſufficiant, ad hujuſmodi refectionem tenentur Eccleſiarum Patroni, ſucceſſivè Rectores illarum; Si ultrà congruam alimentariam habeant. Concurrant inſupèr Beneficiati pro rata ſua, & omnibus deficientibus reſtaurentur impenſis Parochianorum, & ſi demum ob omnium inopiam nequeant reſtaurari, vocatis quorum intereſt in Matrices, vel alias Eccleſias transferantur ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. [b]

Si verò ob impotentiam reſtaurationis demoliendæ ſunt, id fieri nequeat, abſquè noſtra licentia, quæ ea cautione concedetur, ut Tigna, Lapides, & Cæmenta in uſum prophanum non cedant, niſi juſta intercesſerit cauſa à Nobis dignoſcenda, & ibi ſemper adorandum Crucis Signum collocetur, ad majorem venerationem: [c]

Cum verò in iis exequendis, quæ Lugdunenſi Concilio olim à Gregorio Decimo & poſtea à Beamem. Pio Quinto de Eccleſiarum cultu ſancita fuerunt, maximam teneamus habere attentionem, Decernimus: *Ut nulla prophana colloquia, non amores obſceni* [d] *nulla invida cogitatio, nullum deſiderium ſæculare, nullum verbum ſcurrile, nullus motus lubricus, nullus viſus impudicus, nullus actus inordinatus in Eccleſia fiant,* ut loquitur S. Thomas de Villanova; non deambulationes, ſtrepitus, clamores, conventicula, ut Domus Dei, verè Domus Orationis eſſe videatur; non ſpectacula, quæcumque choreæ, & ludi cujuſcumque generis, nec intra, nec propè Eccleſias habeantur; non Tabernæ, non Domicilia impudicarum Mulierum,

a Plures reſolut. Sac. Cōg. refert Niccol. verbo Altare.

b Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 7. de reform.

c Congr. Epiſc. in Mutinen. 2. Maii 1601. ex Cōſt. S. Hygini Papæ & Mart.

c S. Tho. de Villanova Concion. de Dedic. Eccleſia.

rum, ante, vel prope eas quocumque prætextu permittantur, proùt etiam nequè prope Monaſteria Monialium ad quadraginta paſſus, ſub pœna carceris, atque alia arbitraria, nec non ſub pœnis in Conſtitutione B. Pii Quinti contentis; [a] Ut enim utar verbis Chryſoſtomi: *Non eſt hic locus Lupanar, ſed Eccleſia, non Tonſtrina, aut Officina forenſis, ſed Locus Angelorum, Locus Archangelorum, Regia Cæli, Cælum ipſum.* [b]

Non liceat alicui, abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate feneſtras in Eccleſia proſpicientes habere, nec alios aditus ad eaſdem pro Miſſis, aut aliis Officiis audiendis retinere. [c]

Feneſtræ omninò altæ, atque ità extruantur, ut indè Vicinus, aut qui foris ſtat, nequeat in Eccleſiis introſpicere, quæ vitreis ſpecularibus, aut ſaltem cerata tela obſerentur, & ſi altæ non fuerint, Cratibus ferreis muniantur. [d]

Tectum Eccleſiæ à pluvia cuſtodiatur, & quantum fieri poteſt ſaltèm ſupra Altare majus, ubi Sanctiſſimum Chriſti Corpus retinetur; Fornices ſint, aut ad minus Baldachinum, nec ſuper illud fiant manſiones in quibus, & præſertim à Laicis habitetur. [e]

Altare nullo modo ædificetur ſuper ſepulchra, nequè ſubtus Suggeſtum, aut Organum, neque ad Columnam Eccleſiæ, & niſi adſit Fornix ſupra, ſaltèm ſuperemineat decens Baldachinum, quod totum Altare, & Sacerdotem in eo celebrantem tegat, cujus Menſa, [f] vel ſit tota conſecrata, vel in ea apponatur lapis ſacer, capax continendi, non ſolùm Calicem, ſed etiam Pyxidem, & ita inſeratur in dicta Menſa, ut nullum Calici effuſionis periculum evenire poſſit, telaque cerea coopertus, & ſi lapis prædictus frangatur, non cælebretur in dicto Altari, donèc de novo provideatur.

In quolibet Altari ſit ſacra Imago, vel in muro, vel in Icone picta, Crux cum duobus ſaltèm Candelabris ex auricalco, vel ligno affabrè conſtructa, & poſita ſuper gradum Altaris, vel lapideum, vel ligneum; tres adſint Tabellæ, ſcilicèt Gloriæ, Evangelii

a *Cap. 2. de Immunit. Eccleſ. in 6. cap. Nulli, cap. non oportet diſt. 42 B. Pius V. Cõſt. emanata 1. Aprilis 1566. ad Apoſtolicatum § 4. & 5. Conc. Trid. ſeſſ. 22 de reform. in Decret. de obſervan. & evitan. in celeb. Miſſa.*

b *S. Io. Chryſoſt. hom. 62. in Io. in fin. & hom. 36. ex 40*

c *Sac. Congr. Immunit. in Luſyt. 16. Martij 1652. cum aliis relat. per Niccoliũ verbo* Eccleſ.

d *S. Carol. inſtruct. Fab. Eccleſ. & Synod. 11. Mediol.*

e *Cog. Epiſc. 26. Iulij 1613. S. Car. cit. Inſtruct. fab Ec.*

f *Cap. 2. de cuſt. Euchariſt. Act. Eccl. Mediol. pag. 463. cap. Altare de conſecr. diſt. 1. cap. 1. de conſecr. Eccl. cap. ſi motum diſt. 1. de conſecr.*

Digitized by Google

gelii S. Joannis, & Lavabo deauratæ, vel pictæ, tres paritèr Mappæ mundæ, & non laceræ; juxta longitudinem Altaris, & Mappa ſuperior totum Altare, etiam à lateribus cooperiat, nec deſint Pallia colorum currentium, in quantum fieri poteſt, vnà cum Pulvinaribus. [a]

Vas Aquæ Luſtralis, qualibet hebdomada renovandę in Eccleſiis habeatur ad ſingulas Januas, nunquàm tamèn extra Eccleſiam permittatur.

In unaquaque Plebe decens adſit Baptiſterium, juxra formam in Capite de Sacramento Baptiſmi præſcribendam. Adſint etiam Confeſſionalia ſufficientia pro audiendis Populi Confeſſionibus, quæ debent eſſe ante clauſa, & habere in interiori parte Sedis Bullam in Cœna Domini, necnon Caſus Nobis reſervatos; & à parte ante devotam aliquam Imaginem impreſſam. Item Suggeſtum elevatum, in quo fixa ſit Imago Chriſti Domini in Cruce pendentis, ad hoc, ut Plebanus, ſivè alius Concionator Verbum Dei commodè miniſtrare poſſit.

Quia Sedium, ſeu Scamnorum ſitu, non infrequentes oriuntur difficultates, etiam cum Divinorum Officiorum impedimento: ideò Nobis facultatem reſervamus, juxta Sacrorum Canonum Sanctiones eas componere, & locum pro dictis Sedibus, ſive ſcamnis à nemine præſcribi, declaramus, & non dum occupatas ab aliis, nemo propria authoritate ſibi uſurpare præſumat, ſub pœnis arbitrio noſtro.

Si prædictę Sedes impedimento fuerint Eccleſiaſticis functionibus, aut in illis Mulieres clamores, [b] & ſtrepitus faciant, & collocutiones cum hominibus habeant, vel inter eas de pręcedentia lites, & conqueſtiones oriantur. Parochi Nobis priùs, vel Vicario noſtro approbantibus, amoveant: *Nihil enim ita decet Eccleſiam*, inquit Chryſoſtomus, *ut ſilentium, ut morum compoſitio, ſtrepitus ad Theatra pertinent, ad Fora.* [c]

Cujuſcumque Dignitatis, & conditionis quiſque ſit non habeat Sedilia intra ambitum Presbyterii [d]

Sacrarium ad majorem opportunitatem in Cappella

[a] *Cap. Conſulto, diſt. 1. de conſec. cap. Altaris palla eodem tit. diſt. 1*

[b] *Congr. Ep. in una Recanaten. 7. Apr. 1583. & 21. Nov. 1645.*

[c] *S. Joann. Chryſoſt. hom. 30. in Act. Ap. in moral. ante fin.*

[d] *Sacr. Rit. Congr. 24. Januar. 1665.*

la majori, aut prope Sacriſtiam ab omni ſorde expurgatum exiſtat, & ita compoſitum, ut in eo tantùm Sacra, vel Sacramentalia, quæ uſui ſacro deſerviunt, demittantur.

Sacriſtia in qualibet Eccleſia ſit ſufficientèr proviſa de omnibus ad Miſſę Sacrificium neceſſariis, juxta S. Rom. Eccl. ritum, nihilque in ea ſordidum appareat, ſed nitidum, & decorum.

Ab Eccleſia arceantur publicè Excommunicati, nominatimque Interdicti, Hęretici, & Infideles. [a]

Caveant Parochi, aliarumque Eccleſiarum Rectores, & Regulares etiam, locare Domos, & manſiones Laicis, tàm in Eccleſiis, quàm in Conventibus, & Monaſteriis exiſtentes, & præſertìm ſi dicti Laici ſint ſuſpecti, quoad finem gaudendi Immunitate Eccleſiaſtica, eas conducant, ſub pœnis arbitrio noſtro, etiam contra Regulares exemptos infligendis juxta Epiſtolam Congregationis Epiſcopotum in una Neapolitana 4. Decembris 1676. [b]

Curiæ Contumaces, & facinoroſi homines in loca Sacra, & immunia, Nobis inconſultis, non recipiantur, ſub pœna ſcutorum decem, niſi licentiam noſtram in ſcriptis obtineant, juxta Ædictum per Nos publicatum. Quod ſi ad ea ex improviſo confugiant, locorum Rectores ſtatim Nos certiores reddant, ut, quid in ſingulis caſibus faciendum expediat, decernamus.

Stirpes, & hederæ, aliique id generis frutices prope Eccleſiarum, & Cœmeterii muros penitùs eradicentur. Contravenients, juxta Sacr. Can. Conſtitut. Apoſt. atque arbitrium noſtrum puniantur.

Abuſus Confraternitatum in die Cœnæ Domini parandi Jentacula, atque bibendi, & comedendi, omninò tollatur ab Eccleſiis.

Capſulæ pro colligendis Eleemoſinis, niſi à Nobis ſint probatæ, ab Eccleſiis, Oratoriis, & aliis locis Sacris amoveantur; illæ vero in quibus eſt inſcriptio Eleemoſinæ pro Miſſis, ſub duabus clavibus, quarum vna pęnes Parochum, & alia pęnes Deputatum retineantur, & Eleemoſinæ extrahantur coram duobus Teſti-

[a] *Cap. Hoc jubente 11. quaſt. 3.*

[b] *Relat. per extenſum ab Illuſtriſs. Cryſpino de viſitat. Paſtorali par. 2 §. 7. n. 40. pag. 175.*

Teſtibus, & in Libro particulari notentur cum dię, menſe, & anno, & liber prędictus ſub dictis clavibus cuſtodiatur, ut ſtatis temporibus, tàm de receptis, quàm de expenſis coram Reviſoribus à Nobis deputatis ratio reddatur.

Cœmeteria in quantum fieri poteſt undiquè ſepiantur, ut nullus Animalibus aditus pateat, & in qua parte ingreſſum habent, Cancelli lignei apponantur, qui cum opus fuerit, aperiri, & claudi poſſint.

Oratoria campeſtria ſint clave continuò clauſa, & eo tantùm tempore aperta remaneant, quo Res Sacra, aut quid aliud ſimile in eis agitur. Cappellæ quoquè in viis publicis ſitæ, & quæ vulgò Majeſtates appellantur, ſi in eis Altaria exiſtant, omninò Cancellis ligneis claudantur.

In publicis Oratoriis, in ſignum ſubjectionis, & reverentiæ debitę Eccleſiæ Matrici, ſive Parochiali, infraſcripta prohibemus.

Primò ſcilicèt, quòd in publico Oratorio nulla adminiſtrentur Sacramenta, niſi à Parocho loci.

Secundò. Non fiant Proceſſiones, nedùm extra, & propè Oratorium, ſed nequè intra eum, Cruce erecta.

Tertiò. Non publicentur Dies Feſti, non Matrimonia contrahenda, non Jejunia, non Indulgentiæ.

Quartò. Non celebrentur Miſſæ, ſivè Miſſa, niſi poſtquàm celebrata fuerit in Parochiali.

Quintò. Non celebrentur Feſta eadem die, qua celebratur in Eccleſia Parochiali.

Sexto. Non fiant Benedictiones Palmarum, Cinerum, Candelarum, Ovorum, & ſimilium.

Septimò. Non fiant Benedictiones Mulierum poſt partum.

Octavò. Non pulſetur Campana, nec paritèr retineatur ſupra Tectum, ſed ſolùm adhibeatur ad manus.

Nonò. Demùm in diebus Jovis, [a] Veneris, & Sabbati Sancti nulla in dictis Oratoriis celebretur Miſſa, nequè alia Sacra Cæremonia fiat (niſi quando fit Sepulchrum in die Cœnę Domini) & quiſquis Sacerdos in aliquo

[a] *Con. Tolet. Anno 693. Decr. Sac. Rit. Congregat. de mandato Alexandri Papæ VIII. 11. Febr. 1690.*

F 2 præ-

prædictorum deliquerit, pro quolibet, & qualibet vice, pœnam viginti quinque aureorum incurrat, locis piis arbitrio noſtro applicandam.

Qui Cappellas obtinent, ſeu qui munus Miſſarum adimplere tenentur in quavis Eccleſia Civitatis, & Diœceſis, pro Cera, Vino, ac ſacra Supellectili, quæ eis pro dictis Miſſis celebrandis ab Eccleſiæ Rectore ſubmiſtrantur, quantitatem Cerę ſingulis annis pro Feſto Titularis Eccleſię ſolvant juxta quod cum eo convenerint, niſi ipſe Rector aſſumpſerit in ſe onus ſatisfaciendi obligationibus in propria Eccleſia; vel ſit Canonicus in noſtra Cathedrali, & illis, qui de quantitate Ceræ prędictæ expreſsè non convenerint, Nos, ſeu Vicarius noſter, juxta quod benè viſum fuerit, imponemus.

Terrulas in hac noſtra Cortonenſi Diœceſi, declaramus, ad effectum alienandi, vigore Can. Terrulas 12. quæſt. 2. attenta loci conſuetudine illas dici, quę diſtant ab aliis Bonis, itaùt commodè cum aliis coli non poſſint, & ſummam ſcutorum quinquaginta auri, ſecundùm veram ęſtimationem, non [a] excedant. Quæ tamen alienari non poſſint, niſi noſtro pręcedente Decreto, quod cum cauſę cognitione interponetur.

Si delicta in Eccleſiis patrentur, earum Rectores ſtatìm ad Nos deferant, ſeù ad Vicarium noſtrum, ut eis occurrere poſſimus, quod ſi facere neglexerint, ſeverè à Nobis arbitrio punientur.

Occiſorum Cadavera ſine noſtra licentia non exhumentur in Eccleſia, nec intus illam pro corpore delicti recognoſci patiantur. [b]

Immunitate Eccleſiaſtica [c] gaudent omnes Eccleſię legitima authoritate fundatę, etiamſi in eis Divina non celebrentur Officia, nec retineatur in eis Sanctiſſimum Sacramentum; & interdictę, vel pollutę ſint; prout etiam gaudent ipſarum Scalæ, Porticus, Tectum, Campanile, Cœmeterium, Ambitus internus, & exteriores Parietes. Cappellæ verò in privatis Domibus, etiamſi retineantur cum licentia Apoſtolica, Immunitate nulla gaudent. Omnes

a Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 95. num. 11. Antonel. de regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. num. 6.

b Sac. Cong. Immunit. 2. Maii 1629.

c Congr. Immunit. 7. Sep. 1632. Congr. Epiſc. in Marcinen. 7. Novemb. 1617. Gregorius XIV poſt. cum aliàs nonnulli Kal. Junii 1591.

Omnes in Gregoriana Conſtitutione non excepti gaudent Immunitate, & proindè ad Eccleſiam confugientes, quantùmvis gravia delictà patraverint, tuti ſint, nec ab ea directè, vel indirectè, nec ſub dolis, ſeù blandis verbis à Curia ſæculari extrahi permittantur.

Non liceat ingredi Eccleſias cum armis, nec tranſire per eas, ſed illa extra Portam dimttere teneantur. [a]

Scorta, inhoneſtaſque Mulieres introducentes, aut retinentes in Ædibus Eccleſiæ, illique annexis, aut intra ejus ambitum recluſas, ſi Presbyteri ſint, aut Clerici, ab omni Ordinum exercitio ſint ipſo facto ſuſpenſi, aliiſque pœnis arbitrio noſtro plectentur; ſi verò ſæculares carcerentur, & ſummam ſcutorum decem totiès, quotiès, Eccleſiæ ſolvant.

Omnibus Eccleſiarum Rectoribus, ſivè Cuſtodibus, quibuſcumque ſtrictè præcipimus, ut ad Veſperam Januas earum claudant, nec ante lucem aperire præſumant, nequè in eas per noctem admittant aliquem, excepta nocte Nativitatis D. N. J. C.

Præcipimns itèm omnibus, & quibuſcumque perſonis, etiam Regularibus, nè in Eccleſia, ſivè Atrio, Porticu, Scalis, aut Cœmeterio permittant exponi quidquam venale occaſione Feſtivitatum, vel aſſervare præſumant, non Frumentum, non Vinum, non Oleum, non Leguniina, non Fruges, non fabrilia Inſtrumenta, non Trabes, non deniquè prophanæ Supellectiles.

Conſecrata ſemèl Eccleſia, ſi violetur, polluaturq; de integro benedicenda eſt ab Epiſcopo, ſi autèm non ſit conſecrata, ſat eſt ſi à Sacerdote quocumque benedicatur, & expietur, & in Eccleſiæ pollutæ Altaribus non poteſt interim Sacrum fieri, niſi priùs fuerit reconciliata, quamùis polluta Eccleſia, non indè polluta dicantur Altaria. [b]

Quia Domus Dei, Domus Orationis eſt, & ad eam Confugientes, illius Beneficio abuti non debent: hinc eſt, quod ſi ibi honeſtè, ac devotè non vivant; ſed ſint

[a] Conc. Aurelian. 3. An. 538. Can 29.

[b] Cap. Eccl. de Conſec. diſt. 1. cap. ſi Eccl. & ibi Gloſ. ver. lavet. de conſecr. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 28. n. 56. Tolet. in Summ. lib. 5. cap. 8. n. 15.

ſint irreverentes Eccleſiæ, ejuſq; Miniſtris, & quietem, diſciplinamque Eccleſiaſticam perturbent, ludantque, & alia faciant contra ejus decorem, ab illa expellantur, tanquàm indigni, mandantes Rectoribus, ſivè Cuſtodibus, ſub pœna unius Aurei, quod Nos de inhoneſtate, & converſatione dictorum Confugientium certiorem reddant.

a Ciarlin. controv. foren. lib. 2. cap. 191 n. 2. p. ad 17 Delbene relat. per Sabell. in Summa diver. ſer. Tract. §. Immunit. nu. 36. Tom. 2.

CAP. XIV.

De Sacramentis in genere.

HAurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, [b] vaticinatur Iſais; iſtæque Aquæ profectò ſunt Sacramenta, quæ fluxerunt de Latere Chriſti morientis in Cruce; quæ, ut fatur Ugo de S. Victore: *Non ſolùm Arma; ſed & Medicamenta ſunt; Medicamenta, quia ſanant Infirmos; Arma, quia protegunt Sanos,* [c] & ſunt ſeptem, nimirùm Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium, quæ ſub ſenſibilibus ſignis intelligibilia Nobis & gratiam præſtantia, perditos revocare, amiſſos recuperare, diſperſoſque colligere non deſiſtunt.

b Iſa. cap. 12 num. 3.

c Hug. de S. Victore in Dial. de Sacram. poſt med.

Parochis ergò, quibus deſupèr datum eſt eſſe *Diſpenſatores Myſteriorum Dei*; [d] incumbit cura inter Miſſarum Solemnia, & in uniuſcuiuſque Sacramenti tractatione, quotiès opus fuerit, illorum Dignitatem, Inſtitutionem, Uſum, ac ſalutares Fructus ex Romano Cathechiſmo, vulgari, & plano ſermone pro Audientium captu Populo explicare, ut uberiori pietate ad illorum frequentationem Fideles excitentur. [e]

d Pr. ad Corynth. cap. 4. num. 1.

e Conc. Trid. ſeſſ. 24 cap. 7. de reform.

Idcircò Sacramenta, & Sacramentalia ſub ſeris, & clavibus teneant, atquè ità cuſtodiant, ut nemo ad nefaria exercenda, vel ad uſum à Sancta Romana Eccleſia reprobatum, illis uti queat, graves ſubinde pœnas daturi, ſi quid in hac re, dolo, aut negligentia deliquerint, & ſi quis ad alios uſus converterit,

Digitized by Google

terit, quàm ad eos, ad quos ſunt inſtituta, etiam ſub prætextu Medicinæ. Si Sacerdos, aut Clericus Sacris initiatus fuerit, ipſo jure ab Officio ſit ſuſpenſus, ac Beneficiis, & redditibus Sacris privetur. Sęcularis verò, qui talia perpetrare auſus fuerit, Carceri tradatur, & in eum, juxta delicti qualitatem, etiam tanquam de hæreſi ſuſpectum procedatur.

Caveant autem omnes Parochi, & alii, ad quos ex munere, vel ex delegatione ſpectat, ne aliquid, vel minimum exigant, aut verbis, aut ſignis directè, vel indirectè petant, memores cum S. Ambroſio: *Quòd Aurum Sacramenta non quærunt, nequè Auro placent.* [a] Quòd ſi ſpontè, ac liberè eleemoſinæ nomine à Fidelibus offerri conſueverit, id tanquàm non debitum, peracto Sacramento, modeſtè recipi (circa tamen Sacramentum Pœnitentiæ) non interdicimus. [b]

Omni tempore parati ſint ea miniſtrare, & ſtatìm ac vocati fuerint, accedant hilari vultu, nullamque interponant moram, & licèt hora, diei, vel noctis importuna foret, & in ultimos Parochiæ fines ire debeant, ſuo tamen muneri ſatisfaciant, nulla habita diſtantiæ loci, aeris injuriæ, aut alterius incommoditatis ratione; ut ſalutaribus Animæ remediis, participes effici mereantur. Quòd ſi ipſorum negligentia aliquis ſine ſuſceptione Sacramenti, aut aliàs ſinè commendatione Animæ mori contigerit, graviſſimis pœnis arbitrio noſtro punientur.

Cum autèm nefas ſit, pura ab impuris tangi, & Sancta, non Sanctè tractari, ſtudeant moribus, & vita ſe irrepræhenſibiles exhibere, ut omni momento vocati, inveniantur parati ad ea miniſtranda. [c]

Nemo Sacramenta miniſtret in peccato mortali, & ubi non adeſt copia Confeſſarii, urgente neceſſitate; priùs eliciat ſaltèm Actum Contritionis, ne dum aliis ſalutem afferat, mortem ſibi comparet æternam. [d]

Ut internæ diſpoſitioni, externus quoque cultus reſpondeat Sacrementa omnia, pretèr extremam Unctionem, & pratèr gravis neceſſitatis caſum, non niſi in Eccleſia conficiantur, & conferantur. [e] Illa mini-

a S. Ambroſius lib. 2. offic. cap. 28. ante med. cap. Baptizan. 99. & ſeq. pr. quaſt. pr. Conc. Oxfordien. Anno 1222.

b Can. quicquid 1001. pr. quaſt. 1.

c Can. Prophetavi. 79. can. neceſſe eſt 93. pr. quaſt. 1. Can. ſtatuimus. de cuſtodia Euchar.

d Cap. ult. de temp. ordinat.

e Can. non oportet de conſecrat. diſt. 1.

miniſtrantes, candida innocentiæ Stola exornati eſſe debent, ita etiam extrinſecùs Superpellicio, Stolaque congruenti ſemper induantur. [a] aliaque omnia, Veſtes, & Vaſa ſacra ſint nitida, ut eorum cultus, & devotio in Animis Suſcipientium excitetur.

Debita materia, ac verborum forma, ab Eccleſia in utroque Sacramento inſtituta ſerventur, formæque nihil addatur, nihilque ab ea minuatur. [b] & ipſa verba clarè, & diſtinctè proferantur, & Parochi ritus, & cæremonias teneant, & adhibeant, quæ à pio Sanctæ Matris Eccleſiæ inſtituto, ac uſu comprobtaæ ſunt; & ſi ordinem miniſtrandi, rituſque, ac Cæremonias ſatis memoriæ tenere confidant, tamen Rituale Romanum juſſu Pauli V. æditum, ſemper præ oculis, & in Domo habeant. ut omnia attentè exequantur. [c]

Non patiantur quempiam ad Sacramenta ſuſcipienda accedere cum armis, prout etiam Mulieres compræ cum fuco, & vanitatibus, ſed cum brachiis, & pectore coopertis, modeſto, ac humili ornatu ſe præſentent ad Sacra ſuſcipienda, ne contra eas locum habeat querela S. Antonini Antiſtitis Florentini, dicentis: *Heù quàm dolendum! certè Gentiles ſuis Sacris, falſiſque exhibebant majorem reverentiam, quàm Fideles exhibent veris Sacramentis.* [d]

Oleum Sacrum ſingulis Annis Feria. V. in Cœna Domini renovetur, vetus comburatur, & Cineres in Sacrario recondantur. Plebani ab Eccleſia Cathedrali, nec aliundè accipiant. Pro illo recipiendo, ad Eccleſiam Matricem eos non mittant, qui non fuerint Sacris Ordinibus initiati. Eccleſiis ſui Pleberii gratis diſtribuant. [e] nequè Sacerdotes curam Animarum habentes, ab alio, quàm à proprio Plebano recipiant, ſub pœna arbitraria.

Vaſa, quibus Sacrum Oleum aſſervatur, ſint argentea, vel adminùs ſtamnea, cum litteris, quæ diſtinguant unum ab alio, ne ſequatur confuſio, ſub pœna duorum Aureorum, ſtatim incurrenda.

Omnibus, & ſingulis Clericis Sæcularibus, & Regularibus, ſub pœna ſuſpenſionis interdicimus, ne abſque

a Can. In Sancta.; Can. Veſtim. de conſecr. diſt. 1.

b Cap. quando Presbyt. &c. quæ ipſis 38. diſt.

c Paulus V. conſtit. 85.

d S. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 2. §. 5. poſt init.

e Can. Presb. 4. diſt. 95. & ibi Gloſ. verb. Epiſcopis.

abſque noſtra ſcientia audeant, ſivè in Civitate, ſivè in Diœceſi noſtra aliquem exorcizare; curent tamèn Dæmones ex aliorum Corporibus expellere, & Infirmos curare, potiùs oratione, & jejunio.

CAP. XV.

De Baptiſmo.

N*Iſi quis renatus fuerit ex Aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire* [a] *in Regnum Dei.* Hujuſmodi abſoluta Redemptoris noſtri verba Paſtoralis Officii noſtri ſolicitudinem excitant, ut in miniſtratione hujus Sacramenti, adeò neceſſarii ad ſalutem omnis peritia, vigilantia, ſcientia, cæremoniæ ritus, exterior Corporis decor, Animæque candor, ac debitus omninò cultus adhibeatur. Baptiſmus enim vocatur Religionis fundamentum, Fidei Sacramentum, [b] Columna Chriſtianitatis, & ſinè ipſo impoſſibile eſt placere Deo.

[a] *Joannes cap. 3. n. 5.*

[b] *Cap. nihil eſt aliud de conſec. diſt. 4.*

Idcircò curam Animarum habentes ſcire debent, Aquam puram, naturalem, & elementarem tantùm eſſe materiam aptam hujus Sacramenti, neque alia, quæ talis non ſit, ullo caſu eos uti poſſe, ſivè licitè, ſivè etiam validè (adeò Divina Bonitas media ſalutis nobis in promptu eſſe voluit, ſicuti eſt Aqua quę ubiq; reperitur) eamque quolibet Anno in die Sabbathi Sancti, vel Pentecoſtes, Oleo Sacri Chriſmatis mixto, ſolitiſque accedentibus Benedictionibus renovari, ac ſingulis Menſibus à ſordibus, & pulvere expurgari, & ſi accideret, quòd infra Annum Aqua deficeret, privatìm Parochus Superpelliceo indutus, & Stola, augere poterit, infundendo novam aquam ſuprà jàm benedictam; negligentes reperti, pœna arbitraria pro modo culpæ puniantur.

Ad Aquam Baptiſmi prædictis diebus [c] benedicendam, & renovandam, volumus, Sacerdotes omnes cujuſcumque Pleberii, etiam Regulares, convenire

[c] *Rit. Rom. de Sacram. Baptiſmi.*

Digitized by Google

debere tantùm in Sabbatho Sancto, ſub pœna decem Aureorum, ſtatìm incurrenda, & ſi quis legitimè convenire non poterit, cauſam Plebano aperiat, à quo in ſcriptis licentiam obtineat.

Forma autèm hujus Sacramenti, à Chriſto Domino inſtituta, ſunt verba: *Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, quorum verborum prolationi contemporanea debet eſſe, Aquæ ſupra baptizatum per modum Crucis infuſio, trium Divinarum Perſonarum nominibus correſpondens. Strictiſſimè verò prohibemus, ne quidquam addatur, detrahaturq; aut immutetur in hujuſmodi formæ prolatione, ſed clarè, & diſtinctè proferenda ſunt, cum intentione faciendi quod tradit Sancta Mater Eccleſia, idemque Miniſter ſit Aquam infundens, & proferens verba.

Baptiſmus extra caſum neceſſitatis non [a] conferatur, nequè extra Eccleſiam, nequè ante Solis ortum, ſeù poſt ejus occaſum, abſquè noſtra, ſeù Vicarii noſtri licentia, & ultra diem tertium non protrahatur: [b] *Baptiſmi enim dilatio*, inquit Chryſoſtomus, *periculoſa eſt, & impoſſibile eſt eum, qui Baptiſmum differt agere quidquam egregium, aut honeſtum:* ſciantque Curati, graviter peccare eos, qui diù retinere volunt Infantes intra originalis maculæ venena, ſic eos exponendo periculo adoptionis Filiorum Dei, & pignus hæreditatis æternæ non conſequendi. Imminente verò periculo mortis, abſquè ulla dilatione miniſtretur per quemcumque etiam Laicum, ſeu Fœminam, ordine tamèn ſervato, ut præſente Parocho, non baptizet ſimplex [c] Sacerdos; nequè iſto præſente, Diaconus, vel Subdiaconus, nequè his adſtantibus, Clericus, neque præſente Clerico, Laicus, neque præſente Viro, Mulier, niſi fortè hæc meliùs ſciret formam, & modum baptizandi, & tunc Parochus diligentèr inquiret, an debita materia, & forma adhibita fuerit, & ſi dubitetur, an verè baptiſmus fuerit validè collatus, denuò ſub conditione rebaptizetur; videlicèt: *Si es baptizatus, ego non te rebaptizo, ſi vero non es baptizatus, ego te rebaptizo in Nomine Patris, & Filii*

[a] *Cap. Quis neſciat. 11. c. Si parvuli de conſecr. diſt. 4. cap. propriè de conſecr. diſt. 3. cap. majores de Baptiſmo. Eugen. IV. in Cōc. Flor. Conſt. 23.*

[b] *S. Joanes Chryſoſt. hom. 1. ſup. Act. Ap.*

[c] *Cap. Placuit. 7. quæſt. 1. cap. ſicut nova quæſt. 2. c. nullus cap. non invitati. cap. Epiſcopus 3. quæſt. 1. cap. nullus de Paroch. Clementina unica de Baptiſ. Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Bapt. cap. 1. 2. cum ſeq.*

& Filii, *& Spiritus Sancti*; nàm ut ſuper hujuſomdi re monuit D. Gregorius: [a] *Non monſtratur iteratum, quod non certis indiciis oſtenditur ritè peractum.*

In caſu neceſſitatis, validè Baptizatus extra Eccleſiam, deferatur ad eamdem, ut cæteræ tamèn ſolemnes expleantur Cæremoniæ, nec alii admittantur Patrini, ultra illos, qui, neceſſitate cogente, hujuſmodi munere functi fuerunt; non enim per ipſas Cæremonias Spiritualis Cognatio contrahitur, ſed ſolùm per Miniſtrationem Baptiſmi.

Parochus, & quicumque de ejus licentia, ſolemnitèr miniſtrans, debet eſſe Superpelliceo indutus cum Stola albi coloris.

Baptizandis omninò Sanctorum Nomina imponantur, non prophana, non fabuloſa, vel impiorum Ethnicorum, neque enim tàm ſterilis eſt Ager Eccleſiæ, ut non inveniantur in Martyrologio Romano Sanctorum Nomina: [b] quorum exemplis Fideles ad piè vivendum excitentur in Terris, & Patrociniis protegantur in Cœlo, proùt etiam in noſtra viſitatione preſcripſimus.

Quia verò, teſte Apoſtolo: *Baptiſmus eſt lavacrum Regenerationis:* [c] Pium amodò eſt, ut quotannis recurrente die devota recordatione Characteris, quo tunc inſigniti fuere, & Sponſionis ſolemnis, quam in Baptiſmo fecerunt, tùm Orationibus, tùm Eleemoſinis, tùm Sacro Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramento, aliiſq; Sanctis Operibus pro ſua quiſque facultate, devotè celebrent.

Si duo, pluresve eodem tempore nati, baptizandi ſunt, unicuique eorum ſingillatim Cathechiſmus, Exorciſmus, ac ſtatæ Cæremoniæ antiquo, & pio ritu Eccleſiæ adhibeantur.

Expoſitis, quorum de collato Baptiſmo non habetur certitudo, ſub conditione hoc Sacramentum miniſtretur. *Si non es baptizatus Ego te baptizo* [d] *in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Infans, ſi nullam humanæ formæ ſpeciem haberet, adeoùt Monſtrum potiùs judicetur, non baptizetur, ſi tamèn dubium ſit, an ſit rationis particeps, eidem conferatur Baptiſmus ſub conditione. *Si tu es homo, Ego te baptizo*

a S.Greg. lib. 12. epiſt. 32. c. Veniens de Presbyt. non baptiz. cap. Solemnit. de conſecr. diſt. 1. Conc. Vormatien. An. 868. can. 70.

b Cap. Non plures de conſecr. diſt. 4. S. Dyon. Areopag. cap. 2. de Eccleſ. Hierarchia S. Joann. Chryſoſt. hom. 21. in Geneſ.

c S. Paulus Epiſt. ad Tit. cap. 3. num. 5.

d Cap. Placuit. cap. Presbyt. de conſecr. diſt. 4. Conc. Vorma. An. 858. can. 70.

baptizo &c. Ut inquit S. Leo Papa: *Non intervenit temeritas præſumptionis ubi eſt diligentia Pietatis*. [a] Præcipimus tamen Parochis , ut in hoc, Medicorum priùs ſententiam, deindè noſtram exquirant, antequàm ad hujus Sacramenti adminiſtrationem deveniant , niſi aliud imminens ſuadeat neceſſitas.

Nemo prò hujuſmodi adminiſtratione Sacramenti aliquid petat , aùt exigere moliatur, [b] & ſi quem ejus culpa mortuum eſſe ſine Baptiſmo, conſtiterit, Parochus omninò deponetur, & quia ex vetuſtiſſimo Eccleſiæ Inſtituto Miniſter hujus Sacramenti cum Baptizato, ejuſque Patre, & Matre Cognationem contrahit Spiritualem: ideò quicumque, ſivè in caſu neceſſitatis, ſivè extra, baptizaverit, de hoc vinculo edoceatur oportet. Pater verò , & Mater baptizantes propriam Prolem in mortis articulo, [c] quando alius non reperitur , qui baptizet , nullam contrahunt Cognationem, quæ Matrimonii uſum impediat.

Omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, curæ noſtræ commiſſis prohibemus abuſum, qui nimis invaluit, tàm in Civitate, quàm in Diœceſi, faciendi cum faſciculis Florum, vulgò *Mazzetti*, in Feſtivitate S. Joannis Baptiſtæ Compatres, & Commatres, ut exindè ſumant occaſionem inſimùl liberiùs converſandi, ipſos in Domino hortantes, & virtute Sanctæ obedientiæ monentes, ut omninò ſe abſtineant ab hac prava conſuetudine.

Patrini, qui ex antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine adhiberi ſolent in hoc Sacramento, plures, quàm duo non ſint. [d] Vir ſcilicèt, & Mulier, quos tamen antequàm Parochus admittat, debet priùs certiorari, an ſciant Symbolum Fidei, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Eccleſiæ Præcepta. [e] Debet eſſe major decimo quarto Anno, & Fœmina duodecimo, qui Sacro Chriſmate ſint confirmati, [f] qui in Paſchate ſint confeſſi, ac Sacra Communione refecti; non Meretrix, non Concubinarius, non Excommunicatus, non Interdictus, non publicè criminoſus, aut infamis; non Regularis utriuſque ſexus; non

a S. Leo I. c. Si nulla de cõſecr. diſt. 4.

b Cap. Baptiz. 1. quæſt. 1. cap. Quæcumq; de conſecr. diſt. 4. Conc. Eliber. Ann. 305. can. 48. ſecundum Brachar. An. 572. can. 7. Oxfordien. An. 1222.

c Cap. ad Lim. 3. quæſt. 1. cap. Pervenit. quæſt. 1.

d Cathechiſ. Rom. de Baptiſ. ſect. 26. Conc. Trid. ſeſ. 24. c. 2. de ref. Pignattell. cõſult. 93. num. 7. to. 7.

e Cap. Voſante 105. de conſecr. diſt. 4. Abb. cap. debitum num. 3. de Baptis. Pignattell. con. 93 num. 8. to. 7.

f Cap. Monachi cap. non licet de conſec. diſt. 4. Conc. Lateran. 3. an. 1079. can. 45.

non Clericus [a] Sæcularis etiam in Sacris conſtitutus, ſinè noſtra ſpeciali licentia; [b] & ne quis conquerendi hac de re occaſionem arripiat, incumbat Parochis, quotiès ut ſuprà Baptiſmi Sacramentum Populo explicant, ut clarè denuncient, ſe tales in Patrinos nullatenus admiſſuros.

Quos autèm admiſerint, eos debent de proprio officio commonere, nimirùm illud non eſſe nudum nomen, ſed gravem importare obligationem, eos, quos de Sacro Fonte ſuſcipiunt, in Catholica Fide, & bonis moribus inſtituendi, ſi eorum Parentes, vel ex negligentia, vel morte præventi, aùt alio caſu impediti non fecerint: Siquidèm à S. Dionyſio Areopagita Apoſtolorum Diſcipulo nominantur *Fidejuſſores*; à S. Juſtino Martyre, *Offerentes*; à Tertulliano, *Promiſſores*; à S. Auguſtino, *Doctores fidei*; à S. Gregorio Nazianzeno, *Initiatores*; à S. Hygino Papa, & Martyre, *Patrini*, & ab aliis Concilis, *Patroni*. [c] Proùt etiam eos docere debent de Cognatione ſpirituali, quam contrahunt, ac ex dicta Cognatione oriri impedimentum impediens Matrimonium contrahendum, & dirimens poſtea contractum, [d] & ſecuta copula inter eos, deteſtandum crimen inceſtus incurri.

Precationes, Ritus, & Cæromoniæ ex Apoſtolica & antiquiſſima traditione acceptæ, non omittantur, niſi neceſſitatis cauſa, nevè ulla in parte mutentur, ſub pœna peccati mortalis. [e]

Peracto Baptiſmo, Parochi moneant Obſtetricem, ut Parentibus denunciet, ne, aut ipſi, aut Nutrix, aut Mater, vel quicumque alius, Infantem ante expletum Annum in lecto retineant ſinè Repagulo, vel [f] ſimili alia cautione, ſub pœna Excommunicationis, quòd ſi Infans ſuffocetur, Caſus erit Nobis reſervatus.

Quia Verbi Divini teſtimonio; *Mulier cum pepererit Puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt* [g] *homo in Mundum*. Moneantur Puerperæ ut cum primùm è Domo exierint, ad Eccleſiam ſe conferant, ubi, gratiæ Deo acturæ, Benedictionem à Parocho recipiant, ſequentes exemplum Beatiſſimę Virginis, quæ Purgationis mandatum exequens, in Templo ſe præſentavit. Obſte-

[a] *Act. Eccl. Mediol. par.* 2. *Synod. Diœc.* 2. *Decr.* 17

[b] *Act. Eccl. Mediol. par.* 2. *Synod. Diœceſ.* 2. *Decr.* 17.

[c] *Battaglin. in Conc. Mogunt. An.* 813 *in fin. cap. Vos ante* 105. *de conſecr. diſt.* 4. *Conc. Arelat. An.* 813. *can.* 19.

[d] *Cap.* 1. *de Cognat. Spirit. Conc. Trid. ſeſ.* 24. *cap.* 2. *de refor.*

[e] *Rit. Rom. de Sacr. Bapt. in princ. Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *c.* 13. *de Sacr. in genere.*

[f] *Cap. de Infant. de his qui filios occiderũt*

[g] *Joan. cap.* 16. *num.* 21.

Digitized by Google

Obſtetricibus ſub pœna Carceris omninò interdicimus, ne obſtetricandi munus exerceant, niſi licentiam à Plebano, vel proprio Parocho impetraverint, quam illis tantùm dabit, quæ materiam, formam, & intentionem ad Baptiſmum neceſſaria didicerint.

Quia verò, non raró Fœminę, pręſertim ruſticæ, obſtetricandi munus exercent ad invicèm, non ex officio, ſed neceſſitate, vel caſu, Curatus eas monere debet ad Altare, quòd antequàm hujuſmodi Sacramentum miniſtrent, debeant ſcire perfectè, quæ ſit Materia, Forma, & Intentio neceſſaria, nimirùm, quòd Materia debet eſſe Aqua naturalis, nempè pluvialis, vel de Nive, vel de Glacie, aut Grandine colliquata, vel de Puteo, Ciſterna, Lacu, Fonte, vel è Foſſis, ipſaque in via excepta, dummodò non ſit nimis impura, & potiùs lutum, quàm aqua; non tamen Roſacea, aut aliqua extillata, [a] in quo facilè decipi poſſunt ſimplices Fœminæ, ipſaque aqua eodem tempore, quo proferuntur verba, debet infundi ſupra caput, ſi fieri poteſt, ſin minùs, ſaltèm ſupra pectus, aùt ſupra ſcapulas, aùt demum in caſu neceſſitatis, ſupra quamlibet aliam Corporis partem.

[a] *Pignatell. conſ. 212. tom. 4. cap. firmitèr de Summa Trinitate, & Fide Catholic.*

Forma verò ſunt verba; *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, in quibus, omnis, quamvìs minima variatio poteſt irritare Sacramentum, & æterna beatitudine Infantem privare. Hæc autèm Forma, non debet eſſe conditionalis, niſi cum dubitatur an vivat Fœtus, vel an ſit Homo, ſeù potiùs Monſtrum, tunc enim ſic dici debet; *Si non es mortuus, ſed vivus, Ego te baptizo &c.* Nunquàm autèm conditio debet eſſe de futuro; ideoquè non eſt dicendum, ut nuperrimè dictum fuiſſe novimus; *Si non ſupervives Ego te baptizo, ſed ſi ſupervives, itaùt te Presbyter baptizare poſſit, non te baptizo*; nequè enim eſt in poteſtate Miniſtri effectum Sacramenti ſuſpendere.

Intentio verò debet eſſe faciendi in tali functione, quod facit Sancta Mater Eccleſia, vel quod Chriſtus fieri inſtituit, & voluit.

De

De his omnibus ſimplices, & ruſticas Fœminas Parochus moneat, idque non ſemel, ſed ſæpè ſæpiùs, proùt etiam eas edoceat Fœtum in Utero Matris adhuc clauſum non debere paptizari, ſed ſi caput emiſerit, aut aliud membrum, quo det ſignum vitæ, ſi adſit mortis periculum, in illo baptizari debere. Si verò Mater prægnans moriatur, ſtatìm extrahendus eſt Puer, ut ſi vivus fuerit, & adſit mortis periculum ſtatìm baptizetur, non autem eis dicatur, quæ ſint formæ Baptiſmi certò invalidę, vel dubiæ, ne eas confundat; debet tamen Parochus ſcire in materia tàm relevanti, & neceſſaria Baptiſmi.

Habeant Parochi ſub diligenti cuſtodia Librum benè compactum, non libellum, in quo ſpecificent omnes Paptizatos, eorumque Parentes, ac Patrinos, Nomina, Diem, & Annum collati Baptiſmi, & Nativitatis, & alia juxta formam Rit. Rom:; ſtatimque ſi fieri poteſt, deſcribant, nunquàm verò ultra diem differant, ſub pœnis noſtro arbitrio.

Baptiſterium ſit decenti loco, forma, materiaque ſolida, & quod Aquam benè retineat, decentèr ornatum, & in eo ſint factæ duæ concavitates, quarum una inſerviat pro Aqua conſecrata conſervanda, in altera verò infundatur aqua ſuper Caput Infantis baptizandi, quæ mediante foramine, defluat in Sacrarium; ſit Cancellis ſaltèm ligneis circumſeptum, ſera, & clave munitum, atquè ità clauſum, ut pulvis, & aliæ ſordes intrò nòn penetrent; Conopæo circumvolvatur, atq; in eo adminùs depingatur Imago S. Joannis Baptiſtæ Chriſtum baptizantis, pœna arbitraria inobedientibus impoſita. Habeat Armariolum, in quo conſervetur Rituale Romanum, duo munda Mantilia, Coclear, ſivè ex argento, ſivè ex auricalco, Vas cum Sale, duo Vaſcula argentea, aùt ſaltèm ſtamnea expolita, in uno quorum contineatur Oleum Sacri Chriſmatis, & in altero Oleum Cathecumenorum cum ſuis nominibus, ne fiat error in miniſtrando.

Quod è Sale benedicto, Candela, Goſſipio, alioq; tali adhibito in Baptiſmo ſupereſt, caveat Parochus, ne

ne cuiquam concedat, multò minùs ex Sacris Oleis, & Secundinas, quibus Infans natus eſt obvolutus. Videant ne pari ſuperſtitione quis deferat ſecum ad Eccleſiam, ſivè patentèr, ſivè latentèr baptizandas, nequè eas ſervantibus, vendentibus, aùt quoquò modo tradentibus dictas ſecundinas, ſub pœnis arbitrio noſtro.

C A P. XVI.

De Sacramento Confirmationis.

C*Um Vita hominis Militia ſit ſuper Terram* [a] in qua *oportet reſiſtere fortes in fide*, dum *Adverſarius noſter Diabolus, tamquàm Leo rugiens, circuit* [b] *quærens quem devoret*. Chriſtus Dominus hujuſmodi Sacramentum inſtituit, ut nos ſpirituales Athletæ effecti, nequiſſimi hoſtis tela ignea retundamus: *Ideò Deus nos unxit, quia Luctatores contra Diabolum fecit*, loquitur [c] Auguſtinus; ut cum Apoſtolo dicere poſſimus; [d] *Non erubeſco Evangelium*.

Materia hujus Sacramenti ex gemino liquore, Oleo ſcilicèt, & Balſamo conſtat, quod ab Epiſcopo ſolemni ritu conſecratum in Feria V. Cœnæ Domini, Chriſma vocatur, retinendum ſemper ſub clavi, [e] cujus inſtitutum à Chriſto Domino ipſi Apoſtoli receperunt, teſte S. Fabiano Papa. Forma verò ſunt Verba: *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate Salutis in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad plenitudinem roboris ſpiritualis*, ut loquitur [f] S. Thomas.

Nemo accedat ad hoc Sacramentum ſuſcipiendum, qui ſit minor ſeptem [g] annorum, niſi alitèr Nobis expedire videatur,

Parochi habeant Librum Confirmatorum, in quo omnes deſcribantur cum Patrinis, vel Matrinis ſuis, præmiſſo etiam nomine Epiſcopi Confirmantis juxta formulam [h] Ritualis Romani. Et quoniàm in Viſitatione noſtra comperimus in quibuſdam Parochiis hunc

a *Job. ca. 7. num. 1.*

b *1. Petri c. 5. num. 8.*

c *S. Auguſt. lib. 32. in Jo.*

d *Ad Rom. cap. 1. n. 16.*

e *Conc. Turon. An. 813. Can. 20. & Trid. ſeſſ. 7. can. de confir. cap. ſi quis de cõſ. diſt. 4. c. omni tempore. ead. diſt.*

f *S. Thom. 3. parte quæſt. 72 art. 4. in corpore.*

g *Conc. Colon. 2. par. 7. cap. 8. & 9.*

h *Rit. Rom. in fine.*

Librum deeſſe; ideò impoſuimus hoc, ſub pœna quinque aureorum locis piis applicandorum.

Quolibet Anno tertia die Pentecoſtes hoc Sacramentum, favente Deo, in noſtra Cathedrali Eccleſia miniſtrabimus, & ſingulis trienniis etiam in Plebibus Cignani, Poggioni, & Prioria Vallispraelii, pro commoditate majori Populi Nobis commiſſi, & tunc, præmiſſo per Nos Edicto, ſinguli Parochi noſtræ Diœceſis, duobus diebus præcedentibus, inter Miſſarum ſolemnia monebunt omnes, & ſingulos ſuæ Curæ commiſſos, de natura, dignitate, & ſalutaribus effectibus hujus Sacramenti ex Cathechiſmo [a] Romano, ut omnes intelligant, non modò illud negligendum non eſſe, aut nimiùm differendum, ſed & ardenti voto expetendum, ac ſumma cum Pietate, & Religione ſuſcipiendum, cum à SS. Patribus Confirmatio, Perfectio Baptiſmi communitèr appelletur, juxta monitum S. Clementis Papæ, dicentis: *Omnibus [b] feſtinandum eſſe, finè mora, renaſci Deo, & demùm ab Epiſcopo conſignari*, id: ſeptiformem Spiritus Sancti gratiam in Confirmatione percipere, *cum alioquìn perfectus Chriſtianus nequaquàm poteſt eſſe is, qui incuria, voluntate, non autem neceſſitate compulſus, hoc Sacramentum prætermiſerit, [c] ut à Beato Petro accepimus, & cæteri Apoſtoli, præcipiente Domino, docuerunt*; cum plenus, vel plenè Chriſtianus dici nequeat, qui Epiſcopali Confirmatione, per quam Divini Spiritus plenitudo confertur, injungi prætermiſerit. [d]

Præſertìm verò Parochi oſtendent, per hoc Sacramentum indelebilem Characterem imprimi in Anima, atquè adeò ſinè Sacrilegio reiterari non poſſe; ſimùlque edocebunt, eamdem Cognationem ſpiritualem in Confirmatione contrahi, quę contrahitur in Baptiſmo inter Confirmantem, & Confirmatum, inter illius Patrem, & Matrem, Suſceptorem, & Suſceptum, & proindè inter eos Matrimonium conſiſtere non poſſe, & Copulam eſſe inceſtuoſam. [e]

Non admittantur in Confirmatione Patrini, qui & ipſi confirmati non ſint, taliſvè ætatis ſint, ut filios

[a] *Cathech. Rom. par. 2. cap. 3.*

[b] *S. Clem. Pp. Epiſt. 51.*

[c] *Cap. Omn. Fideles. & cap. Ut Jejunii. de conſecr. diſt. 5. cap. Spiritus Sanct. cap. manus quoque, de conſecr. diſt. 5.*

[d] *Cap. dictū eſt de conſecrat. diſt. 5. cap. 1. §. ex confirm. de Cognat. ſpirituali in 6. c. lex illa 36. quæſt. 1. c. Inceſtuoſi 35. quæſt. 8. Eugē. IV. conſt. 9. Conc. Turon. An. 813. can 27.*

lios [a] procreare poſſint, hoc eſt quatuordecim annis Infantem levatum præcedant, juxta Doctrinam *Abb. in cap. debitum. n. 3. de Baptiſmo. Pignatell. conſult. 93. num.8. tom. 7.* quivè talis ætatis non ſunt, qui Pueros in Fide erudire poſſint, necnon illos eoſdem, qui in Baptiſmo jam Patrini fuerunt, [b] niſi cogente neceſſitate, itèm Vitricum, aut Novercam reſpectu Privigni, ac Conjux reſpectu Conjugis, [c] & honeſtatis, ſuadente ratione; volumus Mares à Maribus levari, & Fœminas à Fœminis, ſintque unus, vel una tantùm, juxta Sacr. Canonum diſpoſitionem, & generalitèr excludantur ii, quos ſupra in Baptiſmi Sacramento repelli mandavimus.

Confirmandi, ne ſeptiformi gratiæ Spiritus S. quæ in hoc Sacramento confertur, obicem ponant, Conſcientiam priùs emundent Sacramentali [d] Confeſſione, aut ſaltèm conterantur, cum propoſito quamprimùm confitendi. Habeant lineam vittam mundam, cum qua ligetur frons, Sac. Chriſmate inuncta, & ſic permaneant, quouſq; Chriſma deſiccetur, & extergatur à Parocho, vel alio Sacerdote, quorum erit cura abſtergere Goſſipio, mòx comburendo, & Cinis in Sacrarium demergatur; & jam Confirmati non diſcedant, niſi Epiſcopali Benedictione [e] accepta, curentque Parochi, ut, tàm Confirmandi, quàm eorum Patrini, ſciant Orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, necnon Præcepta Decalogi, & ſi eos ità ignaros compererint, ut brevi inſtructione, quam illius temporis anguſtia patitur, eorum ignorantia ſuperari non poſſit, ipſos omninò repellant.

Confirmandus, ſi nomen habeat, quod Chriſtianam Pietatem non redoleat, ſed prophanum ſit, omninò in Confirmatione mutetur; tàm Patrini, quàm confirmandi deponant Enſem, Pugionem, & alia ſimilia Arma; Fœminæ verò accedant velato Capite, Pectore, Brachiiſq; coopertis, & eo veſtimenti genere, ac ornatu, qui tantæ Virtutis Sacramento conveniat.

Et quoniàm in noſtra Viſitatione comperimus nonnullos Pueros noſtrę Diœceſis ad Eccleſiam Cathedralem

a Cap. in Baptiſmate 102. de conſec diſt. 4. Pignat. tom. 1. conſult. 10.

b Cap. in Cathechiſmo 100. de conſec. diſt. 4.

c Eod: cap. in Cathechiſ. & cap. non plures. 101. de conſec. diſt. 4.

d Cap. Ut Jejuni de conſec. diſt. 5. cap. 2. de delict. Puer. S. Thom. 3. pr. quæſt 72. art. 7. ad 2. Suarez. in 3. par. tom. 3. diſp. 34. ſect. 2.

e Pontif. Rom

lem accedere, ad recipiendam Confirmationem, qui poſteà non curant referre Parochis, ſe eſſe confirmatos, eiſque indicare nomen Patrinorum, ad cognoſcendam Cognationem Spiritualem contractam cum ipſis; ideò ad tollendum hujuſmodi abuſum, nec non periculum reiterationis talis Sacramenti; Decrevimus ſub pœnis arbitrio noſtro, nullum poſſe confirmari, qui non habeat Schedulam proprii Parochi, quam illi remitti debeat, poſtquàm eſt confirmatus, ad effectum, ut in Libro Confirmatorum nomen illius confirmati deſcribere valeat.

Sciant omnes, quòd licèt hoc Sacramentum non ſit neceſſarium neceſſitate medii, aut præcepti, vix tamèn omitti poteſt abſque peccato. [a]

Sacrum Chriſma ſub diligenti cuſtodia teneatur, nequè permittant Parochi, ut in prophanas Unctiones, ad medicamenta corporalia adhibeatur, ſub pœnis arbitrio noſtro. [b]

[a] *Dian. Coordinatus tom. 1. tract. 2. reſol. 24. in fine. Caſtropal. tom. 4. tract. 20. diſp. 1. punct. 8. n. 5. 6. Pignatel. tom. 6 conſult. 11. num. 4. Faria ad Covar. lib. 1. c. 10. num. 22. & ſequen.*

[b] *Conc. Arelat. An. 813. can. 18.*

CAP. XVII.

De Sacramento Pœnitentiæ.

P*Eccatoribus adverſus Gehennam, poſt prima illa inſtitutionis Dominicæ monumenta, adhuc ſunt in Exemologeſi ſecunda* [c] *ſubſidia*, fatur Tertullianus. Proindè Dominus ille, *qui dives eſt in miſericordia*, ut [d] inquit Apoſtolus; humani generis fragilitatem agnoſcens, Pœnitentiæ Sacramentum inſtituit, tanquàm ſecunda poſt naufragium Tabula, illiuſque adminiſtrationem, non Angelis, qui ſunt carnis expertes, ſed Hominibus, reliquit, nimirùm Sacerdotibus, tanquàm Judicibus, & ſpiritualibus Medicis committi voluit; ut nos, perverſitate depoſita, Deo reconciliati priſtinæ reſtitueremur ſaluti, & gratiam recuperare poſſemus, ad monitum Prophetæ dicentis [e] *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non*

[c] *Tertull. lib. de Pœnit.*

[d] *S. Paul. ad Epheſ. cap. 2. num. 4.*

[e] *Ezech. cap. 18. num. 31.*

& non erit vobis in ruinam iniquitas.

Quaproptèr, ut tàm Cœleſte beneficium fidelitèr diſpenſetur, & debitè, ac ritu ſuſcipiatur, enixè mandamus, quòd nullus Sacerdos, qui aliàs ſolus eſt Miniſter idoneus hujus Sacramenti, tàm Sæcularis, quàm Regularis, ſub pœna Suſpenſionis, & aliis etiam corporalibus [a] arbitrio noſtro, audeat Confeſſiones confluentium audire, etiam aliorum Sacerdotum, & peccatorum venialium in hac noſtra Diœceſi, extra Caſum præciſæ neceſſitatis, niſi aut Parochus ſit, aut à Nobis, vel Vicario noſtro approbatus licentiam in ſcriptis obtinuerit, quam dictus Vicarius noſter non concedat, niſi prævio Examine, coram Nobis, vel Examinatoribus noſtris Synodalibus, & conſtito priùs de bonis moribus, ac ſufficienti idoneitate.

Habeant Parochi in ſuis Eccleſiis Sedem Confeſſionalem in publico ſitam, ac ita aptatam, ut Tabulæ interpoſitione, Pœnitentes à Confeſſariis [b] ſeparentur per Laminam perforatam, ſivè Cratem ligneam in medio Tabulæ, & ſuper eam ſit affixa aliqua pia Imago, & à parte anteriori Sedis, ſit Bulla in Cœna Domini, ac omnes Caſus Nobis reſervati; & quis contra fecerit, pœna unius Aurei pro qualibet vice punietur, atque aliis gravioribus pro qualitate culpæ.

Sigillum Sacramentale, tàm Lege naturæ, quàm Divina poſitiva, nec non etiam humana, diligentiſſimè cuſtodiatur [c] ideòque ſummoperè caveant Confeſſarii, ne illud directè, vel indirectè, verbo, nutu, ſigno, aut quovis alio modo violent in ullo prorſus caſu, quantumvìs graviſſimo, ſivè boni conſequendi, ſivè mali vitandi, tàm privati, quam publici, ne ad propriam quidem juſtam defenſionem, aut ob quamcumq; Pœnitentis utilitatem, [d] niſi fortè ex ejuſdem Pœnitentis expreſſo, liberoque conſenſu, quo uti non poſſunt, niſi juxta modum, & formam a Pœnitente præſcriptam, & cum ſumma cautela, qua in re noverint Confeſſarii, non admitti levitatem materiæ, ſpectata fidelitate in re tàm gravi, & reveretia debita Sacramento, propterea Violatores, tamquàm Sacri-

a Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de reform. Clemens X. conſtit. quæ incipit Superna 1670. §. Ad hac.

b Sac. Congr. Epiſc. in reſol. quas refert Creſpin. de Viſit. p. 2. §. 7. num. 7. & 8.

c Cõc. Capitulare Caroli Magni An. 813. & Lateran. 4. an. 1215. can. 21.

d Can. Sacerdos de Pœnit diſt. 6. cap. omnes utriuſq; ſexus. §. Caveant. autèm de Pœnit. & remiſ. Conc. capit. Carol Magni An. 813.

Sacrilegos, ſint ipſo jure ſuſpenſi, & aliis canonicis pœnis ſeveriſſimè punientur.

Confeſſiones in publico Eccleſiæ loco, non autèm in privatis Domibus regularitèr audiantur, & in caſu infirmitatis, ſeu neceſſitatis, Mulierum Confeſſiones, tàm de die, quàm de nocte, tàm à Sacerdotibus Sæcularibus, quàm a Regularibus auſcultentur in privatis Ædibus, ſed aperto Cubiculi hoſtio [a] ut tàm Pœnitentes, quam Confeſſarius videri, non tamen audiri poſſit, & tunc ad cautionem proprii Parochi ſchedulam relinquat, ut ſciat eſſe confeſſam, & à quo.

In Paſcate, Parochi ad Sacram Communionem non admittant eos, quorum Confeſſionem ipſi non audierunt, vel ſciant alibi eſſe confeſſos, niſi ſaltèm fidem habeant illius, à quo confeſſi ſunt, & hortentur omnes propriæ curæ commiſſos, ut Sacramentalem Confeſſionem, & maximè ſi de longo tempore fuerit, vel de Anno integro, non differant ad Hebdomadam Majorem, in qua Sacerdotes ſunt occupati circa Divina Myſteria, & Officium, ut magis exacta fieri poſſit.

Confeſſarii quicumque, etiam Regulares, ſi fortè incidant, quod Deus avertat, in peccata Venerea, vel Homicidii, Furti, Libelli famoſi, aut gravis noxæ, [b] non audiant in Confeſſione Socios, & Complices ejuſdem criminis, & culpæ, ne Confeſſio fiat ſine erubeſcentia, quæ partem habet remiſſionis, neque eos abſolvere præſumant, ſub pœna Suſpenſionis ab audiendis Confeſſionibus, quam ipſo facto incurrant.

Nemo legitima facultate carens, audeat abſolvere à Caſibus, & Cenſuris, tàm Summo Pontifici, quàm Nobis reſervatis, excepto mortis articulo, ſed ad Superiores ſuos remittat, ſub pœna Excommunicationis, aliiſque contentis in Decretis Clementis VIII., Pauli V., [c] & Urbani VIII., quæ quibuſcumque Privilegiis derogant, & ſi quis, ſivè Sæcularis, ſivè Regularis habeat facultatem abſolvendi à Caſibus omnibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, prohibetur tamèn abſolvere

[a] *Congr. Epiſcop. 2. Julii 1687. & 29. Aprilis 1611. apud Quarant.*

[b] *Can. Quem pœnitet de Pœnit. diſt. 1. pr. Synod. Leodien, tit. de Pœnit., & Confeſſ. cap. 4. & Faventina par. 3. cap. 7. num. 16. Conc. Provinc. Mediol. 7.*

[c] *Clem. VIII. 25. Novembr. 1602. Paul. V. 7. Jan. 1607. Vrban. VIII. 17. Nov. 1628 Alex. VII. in 16. propoſit. dãnata. Pignatel. conſult. 292. tom. 1.*

abſolvere à Caſibus Nobis reſervatis ex clara Conſtitutione Clementis X. edita 1670., quæ incipit *Superna.*

Sollicitantes in Confeſſione ad turpia, & inhoneſtos actus, turpeſque ſermones habentes, ſivè Confeſſarii id pro ſe faciant, ſivè pro aliis, tam antè, quàm poſt immediatè, ſive occaſione, ſivè ſub prætextu Confeſſionis, tamquàm de hæreſi ſuſpecti, graviſſimas luent pœnas pro criminum qualitate. [a] non ſolùm Suſpenſionis ab executione Ordinis, privationis Beneficiorum, & Dignitatum quarumcumque; & privationis vocis activæ, & paſſivæ ſi ſint Regulares; verùm etiàm perpetuæ inhabilitatis ad illa obtinenda, juxta Conſtitutiones Gregorii XV. & Decretum Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

a Greg. XV. conſtit. 34. Univerſ. & Decr. S. Inquiſit. 27. Sept. 1624. & 3. Oct. 1626.

Sollicitatus in Confeſſione abſolvendus non eſt, niſi Sollicitantes, ſeù ad Nos, ſeu ad Miniſtros S. Officii denunciet, juxta Conſtitutiones, & Decreta ſuperiùs dicta, & proindè Confeſſarii enixè moneant de hujuſmodi obligatione.

Medici admonere debent Ægrotos, ut convocent Confeſſarium, & ſi poſt triduum factæ Confeſſionis fidem non habent, ad eos viſitandos ampliùs non revertantur, ſub pœnis à B. Pio V. [b] Decretis.

b B. Pius V. Conſtit. 3. ſup. Gregem.

Parochi, ratione Officii, ad audiendas Confeſſiones admiſſi, per reſignationem Parochiæ, ſeù dimiſſionem, ſciant, ſe ampliùs [c] confitendi facultatem non habere.

Non liceat per literas, ſeù per Nuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentalitèr confiteri, & ab eo abſolutionem exigere, ſub pœnis per Decretum Clementis VIII. 20. Junii 1602. qui damnavit hujuſmodi propoſitionem.

c Prax. Epiſ. par. 1. cap. 1. Decr. Clemen. VIII. in Gen. Cong. S. Inquiſit. 20. Junii. 1602.

Obligatus reſtituere [d] Famam, ſivè rem aliquam, ſi potuit reſtituere, & non fecit, à Confeſſario non abſolvatur, exceptis periculosè ægrotantibus, quos tamèn tenetur monere, ùt idonea ſponſione exhibita, id, quod alienum eſt, reddat. Et qui in pravis conſuetudinibus obdormiunt, aut in criminibus notoriis, & ſcandaloſis implicati ſunt, Animarum Rectores

d Cap. peccatum de regul. Jur. in 6.

Digitized by Google

ctores maxima dexteritate, ac ſollicitudine ſe gerere debent, ſuavibus ſimul, & ſeverioribus verbis arguendo, obſecrando, & increpando, ut Pœnitentes reſipiſcant, & nolentes occaſiones reiçere, & maximè ſi proximæ ſint, ad hujuſmodi Sacramentum non admittant, niſi moralem ſpem habeant, eoſdem in poſterùm mutaturos.

Nihil omnino petant Confeſſarii, cauſa, vel occaſione Confeſſionis, [a] nec & oblatum recipiant, immò neç ſatisfactionis Sacramentalis nomine aliquid injungant, quod in ſuum, vel Eccleſiæ ſuæ commodum vertatur, minuſue reſtitutiones, incertis perſonis faciendas, aſſumant, ſed illas in Pauperes, arbitrio Pœnitentis diſtribuendas relinquant, ſub pœnis arbitrio noſtro. Non prohibemus tamèn reſtitutiones faciendas certis perſonis per Confeſſarium aſſumi, ſi Pœnitens ità velit, quo caſu ipſe ſedulò curet à recipiente Syngrapham elicere, ſuo tempore Pœnitenti exhibendam.

[a] *Conc. Oxfordien. Ann. 1222.*

Quicumq; etiam ſimplex Sacerdos, in articulo mortis conſtitutos, ab omnibus, & quibuſcumque peccatis, etiam reſervatis, ac Cenſuris abſolvere poteſt, deficiente proprio Parocho, ſeu alio legitimam facultatem habente, debeat tamèn talitèr Abſolutus, ſi convaluerit, & commodè poterit ad Superiorem ſe præſentare, ejus mandatis pariturus.

Caveant [b] omnes, hoc Sacramentum non miniſtrare in peccato mortali, & , aut confiteantur priùs, aut ſaltèm Contritionis actum eliciant, quandò non adeſt copia Confeſſarii, & non vanam ob ſpem lucri, ſivè ob curioſitatem, vel quamlibet delectationem illud exerceant; Pœnitentes benignè ſuſcipiant, directè interrogent, opportunè moneant, ſapientèr doceant, & cum manſuetudine repræhendant, ne hoc Sacramentum reddatur odioſum.

[b] *Can 1. de Pœnit. diſt. 6.*

Infirmitatis, aut neceſſitatis caſu excepto, non audiant Confeſſiones Adoleſcentium, præſertìm & Mulierum ante Solis ortum, & poſt ejus occaſum, ſed diurno tempore, in Eccleſia, & in faciendis interroga-

gationibus ſignantèr in peccatis contra Caſtitatem, utantur verbis modeſtis, ac ità cautè, diſſimulantèrq; procedant, ut, nec ignorata incautè doceant, nec periculum ſibi excitent impuræ titillationis: Quocircà nimius non ſit Confeſſarius in circumſtantiis minutatìm interrogandis, immò, & volentem nimìs diſtinctè explicare, prohibeat, minuſque erga Pœnitentes iræ, aut averſionis ſigna oſtendat, nulloſque geſtus faciat, ex quibus Confitentis peccata argui poſſint, non inconſulta, ac remiſſa facilitate Pœnitentes abſolvat, ut quodammodò peccandi licentiam fovere videatur, ſed abſtineat ab objurgationibus, importuno rigore, ne Pœnitens deterritus, peccata forsàn graviora aperire recuſet, & erubeſcens, aùt Confeſſionem dimidiet, aùt invalidam faciat, & ſi difficilis caſus occurrat, opportunè capiat tempus, ut vel legendo, vel alios Peritiores cautè, conſulendo meliùs reſolvere poſſit.

Pœnitentes ſe præſentent Confeſſario, armis depoſitis, habituque honeſto, genibus flexis, capite aperto, ac vultu demiſſo, & ita ſe componant, ut ad inſtar ſupplicantium ſint, memores ſe, non coram Homine peccatore, ſed coram Deo eſſe veniam deprecaturos.

Mulieres itidèm accedant velato capite, habituque modeſto, pectore, brachiiſque coopertis, & non cum vanitatibus ſolitis.

Non omittat Confeſſarius, audiendo peccata, interrogare Pœnitentem de circumſtantiis mutantibus ſpeciem, & quæ pravitatem valdè augent, aliiſque contentis in ſequenti Verſu.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Caveat autem a ſuperfluis collocutionibus, quæ ad Animæ ſalutem non pertinent.

Abſolutionis formam, à Rituale Romano præſcriptam, nullus audeat immutare, nec ei quidquàm addat, ſeù diminuat, ſub pœnis arbitrio noſtro.

Confeſſarius memor eſſe oportet, ſatisfactiones pro peccatis, non tantùm ad novæ vitæ cuſtodiam, & firmi-

infirmitatis medicamentum, ſed ad præteritorum etiam criminum caſtigationem eſſe debere: ideòque diligentiſſimè caveat, ne connivendo, aut mitiùs agendo cum Pœnitentibus pro delictis graviſſimis opera leviſſima imponat, & ſe alienorum [a] criminum participem faciat. Quantùm ergò Spiritus, & Prudentia ſuggeſſerit, debet pro qualitate peccatorum, & Pœnitentium facultate, non attendens Perſonam cujuſcumque qualitatis ſit, ſed peccata, inſpecta etiam doloris magnitudine, ſalutares, convenientes, & peccatorum redemptrices ſatisfactiones Pœnitentibus injungere, præterquàm ægrotantibus, vel in extremis laborantibus, qui non ſunt onerandi gravi pœnitentia, ſed leviſſima ſufficit in illo ſtatu, ut aliquo modo ſatisfacere poſſint, priuſquàm ex hac vita diſcedant. Et quamvis hodie Canonum pœnitentialium rigor ſit valdè remiſſus, poterit tamèn Confeſſarius antiquam illam Sanctorum Hominum regulam adhibere, [b] ut *Lubricis continentiam, Tenacibus largitatem, Iracundis manſuetudinem, Superbis præcipiat humilitatem.*

[a] Con. Carthag. 4 can. 74. Conc. Trid. cap. 8. ſeſſ. 14 de Sac. Pœnit

[b] S. Greg. hom. 32. in Evang.

Parochi itèm, ac Confeſſarii omnes invigilent, ne peſtiferæ Orationis quietis nuncupatæ morbus unquàm irrepat, ac proindè ſolliciti ſint legere 68. Propoſitiones damnatas Michaelis de Molinos à San. Mem. Innoc. XI. die 18. Aprilis 1687. Nec non alias 28. paritèr damnatas 24. Septembris 1665, & alias 45. Itidèm damnatas 18. Martii 1666. & demùm alias 65. damnatas ab Alexandro VII. 5. Maii 1667., quas Propoſitiones Confeſſarii legere non omittant, ut peritiores evadant, cautiùs operentur, & magìs Animarum ſaluti conſulere valeant.

Caſus autèm, quos ad limites Canonum, ac Conciliorum Nobis poſſumus reſervare, prout de facto reſervamus, ſunt ſequentes.

a. Cap. Si Epiſcop. de Pœnit. in 6. cap. de cætero, & cap. de Monial. de sēt. Excommunic. Conc. Salisburgen. Ann. 1274 & Trid. ſeſſ. 14. & can. 11. de Reform.

1 *SOrtilegia, Medicamenta, in quibus Sacramenta, aut Sacramentalia, & determinatus numerus Pater, & Ave, aut Verba Sacrę Scripturæ adhibentur contra morem, & uſum à S. Rom. Eccl. permiſſum, & omne genus incantationum.*

2 *Falſum Teſtimonium in Iudicio contra aliquem prolatum.*

3 *Homicidium voluntarium, vel mutilatio membri, & ſuffocatio Infantium infra annū.*

4 *Peccatum contra Naturam, ſcilicèt Beſtialitas, & Sodomia, etiam impropria.*

5 *Inceſtus inter Conſanguineos uſque ad ſecundum gradum, & inter Affines uſq; ad primū.*

6 *Eſus Ciborum probibitorum.*

7 *Omiſſio denunciandi Epiſcopo Legata pia cujuſcumque generis.*

8 *Retentio pecuniarum Locorum piorum, & debitum cum eis contractum occaſione Adminiſtrationis, & non redditæ rationis, & Computorum ſolidationis.*

9 *Colloquentes cum Sanctimonialibus de rebus obſcœnis, actuſq; inhoneſtos coram eis perpetrantes, impuraſq; literas eiſdem ſcribentes.*

10 *Differentes executionem piorum Legatorum ultra biennium.*

Sciant denique omnes Confeſſarii, tàm Sæculares, quàm Regulares ſub prætextu quorumcumque Privilegiorum non poſſe abſolvere ab his Caſibus Nobis reſervatis, niſi in articulo mortis, ſub pœna Excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & reſervatæ Summo Pontifici, ex declaratione Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & ſi ſecùs egerint, abſolutiones nullas, atquè irritas [a] fore, & eſſe.

a Sac. Congr. Epiſc. & Reg. juſſu Clem. Papæ VIII. 9. Jo. 1601. confirm. per Paul. V. 7. Jan. 1617. & per Urban. VIII 17. Nov. 1628. & Clem. X, 2. Aug. 1670. §. Et habentes.

CAP. XVIII.

De Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento.

VUlt nos Deus in Sacramento ſui Corporis, Panis Viaticum poſtulare, [b] ſcribit S. Petrus Chryſologus; *ut per hoc ad perpetuam diem, & ipſam Chriſti perveniamus ad Menſam, ut undè hìc guſtum ſumpſimus, indè ibi plenitudinem, totaſque ſatietates capiamus. Chriſtus Dominus, ex Mundo diſceſſurus ad Patrem: cum dilexiſſet ſuos, qui erant in Mundo*, [c] *in finem dilexit eos*; & in ſignum ſuæ dilectionis, hoc venerandum, & admirabile Sacramentum inſtituit ſub ſpecie Panis, ut eſſet Nobis pignus futuræ gloriæ, Antidotum liberationis à culpis, ſpiritualis Animæ Cibus, quo non ſolùm alamur, ſed & roboremur ad prælia: *Facti Diabolo terribiles*, ut fatur [d] Chryſoſtomus; & mixtus Panis cum Potu in ſpecie Vini, ſi dignè Calicem guſtamus, tàm magna ſuavitas, & tàm fortis dulcedo nobis reſultat, ut cæterorum omnium faſtidium inducat, nec jam dignetur Anima terrenis deliciis, ac voluptatibus titillari, uni Deo vivens, ac ſentiens, quod lectiſſimis verbis teſtatur S. Cyprianus: [e] *Qui de Sacro Calice bibit, ampliùs ſitit, & ad Deum vivum erigens deſiderium, ità ſingulari fame uno illo appetitu tenetur, ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis ſapor delectamentorum carnalium ſit ei quaſi rancidum, rodenſque palatum, acutæ mordacitatis acetum.*

b S. Petrus Chryſol. ſerm. 68.

c Joan. cap. 13, num. 1.

d S. Jo. Chryſoſt. hom. 61. ad Popul.

e S. Cyprian. de Cœn. Dom.

 Noſtri

Noſtri igitùr Paſtoralis Officii ratio poſtulat, ut tàm eximii erga nos Amoris beneficium firmiſſima fide ab omnibus credatur, ea, qua par eſt, Sanctitate miniſtretur, veneratione ſuſcipiatur, ac colatur, & demùm ſummo decore ſervetur.

Mandamus propterea, ut in omnibus, & quibuſcumque Eccleſiis Parochialibus ſervetur Auguſtiſſimum hoc Sacramentum, ut infrà de Parochiis dicemus, cum Lampade diù, noctuque [a] ſemper accenſa; neque contraria conſuetudo, quantumvis nomine paupertatis ſuffragetur, ſub pœnis arbitrio noſtro. Aſſervetur autèm in Tabernaculo ligneo deaurato, pulchro, aut [b] ſaltèm depicto; intrinſecùs ſerico rubei coloris circumveſtito, cum ſuo Corporali in plano, & foris decenti Conopęo cooperto, bene clauſo, cujus Clavis ſit deaurata [c] cum cordula ſerica rubei coloris, auro contexta, quæ à Parocho diligentiſſimè cuſtodiatur, & nulli alio tradatur.

Intus Tabernaculum aſſerventur Sacræ [d] Particulæ in Pyxide Argentea, ſi fieri poſſit, ſin minùs Ænea, ſed intus, & foris deaurata cum ſuo cooperculo, & Conopæolo ſuperveſtita, ſingulis quindecim diebus renovandæ, cum Purificatorio nitidiſſimo, neque intùs ipſum cuſtodiantur Sacræ Reliquiæ, ſeù Sacra Olea, aliæque Res Sacræ, [e] quæ alibì debitam venerationem recipere debent.

Quando, vel exponendum Populo erit Sanctiſſimum Sacramentum, vel proceſſionalitèr portandum, collocetur in Oſtenſorio argenteo, vel ſaltèm de ære, vel auricalco deaurato, cujus Lunula, etiam ab intus in ea parte, quæ Sanctiſſimam tangit Hoſtiam, ſit deaurata, Vitro mundo munita, ut ab omnibus circumſpici poſſit.

Ex antiquo Eccleſiæ inſtituto Sacramentum in Altari Majori ſervari debet, niſi aliud rationalis cauſa ſuadeat, in eoque curet Parochus erigi canonicè Sodalitas Sanctiſſimi Sacramenti, & ubi adeſt, eam augere, fierique Proceſſiones ſolitas ſingulis Menſibus, & aggregare alicui Archiconfraternitati Corporis Chriſti de Urbe,

[a] *Congr. Ep. 15. Januar. 1619. aliaſque plures refert Chryſpin. Viſit. paſtor. par. 2. §. 2. num. 13.*

[b] *Sac. Congr. Rit. 22. Feb. 1593.*

[c] *Cap. 1. de cuſtod. SS. Euchar. Conc. Lateran. 4. An. 1215. can. 21*

[d] *Conc. Aquen. can. 8.*

[e] *Barboſ. in Collect. ad Côc. ſeſ. 13. c. 6. n. 4. Niccol. in floſcul. ver. Euchariſtia. Fermoſin in cap. 2. & 3. de off. Archipresbyt. queſt. 1. num. 100. & ſeq.*

Urbe, ut uberioribus Indulgentiis fruatur, & magis per hujus Sacramenti uſum Populus ad Devotionem, Deique cultum alliciatur.

Baldachinum ſuper Altare prædictum decens emineat, & quod totum illud, & Sacerdotem in eo celebrantem tegat, & à pulvere, ac ſordibus cuſtodiatur illæſum.

Quotiès publicè exponenda eſt Sanctiſſima Euchariſtia, duodecim ad minùs [a] Candelæ cereæ ardeant, & conveniens eſſet, ut unus, vel duo Sacerdotes, vel Clerici adſtarent, Superpelliceo induti, duoque Confratres cum Sacco genuflexi, & orantes, & quando habenda eſt Concio, ſeu ſermo ad Populum, non niſi detecto capite habeatur, nec hujuſmodi functio ſermocinandi Laico permitatur, ſine noſtra, vel Vicarii noſtri licentia, ſub pœna duorum Aureorum pro qualibet vice.

a Cap. 2. de cuſt. Euch.

Expoſitio publica non fiat, nequè etiam in Eccleſiis Regularium, licèt per aliquas horas, ſine noſtra licentia [b] in ſcriptis, vel Vicarii noſtri, niſi doceatur de Privilegio Apoſtolico, ſub pœnis ſcutorum decem, Locis piis applicandorum, nec non Interdicti Eccleſiæ.

b Congr. Ep. 10. Dec. 1602. & in Dertonen. 13. Martii 1647.

Omnes utriuſque Sexus Chriſtifideles, poſtquàm ad Annos diſcretionis pervenerunt, ſciant, ſe Eccleſiæ præcepto teneri, [c] ſemèl ſaltèm in Anno, & ſignantèr Tempore Paſchali, peccata propria confiteri, & in propria Parochia, de manu proprii Parochi, alteriuſq; à Nobis ad Curam deputati, ſi ipſe fuerit impeditus, Sacram Euchariſtiam ſumere, ſub pœnis in Sacris Canonibus contentis.

c Can. Omnis utriuſque ſexus de Pœnit. & remiſ. can. quotidie. can. ſi non frequentius de conſec. diſt. 2.

Abſentes a propria Parochia tempore Paſchali, tenentur in reditu, aut in ea, huic Eccleſiaſtico Præcepto ſatisfacere, aut ſaltèm Parocho oſtendere, Sacramentum alibi non fraudolentèr ſuſcepiſſe.

Huic Præcepto in Eccleſia Parochiali ſatisfacere tenentur Sæculares inſervientes in Monaſteriis Monialium, vel in Conventibus Regularium, niſi docto coram [d] Nobis de Privilegio.

d Sac. Cong. Conc. in una Firman. 17. Junii 1655.

Detentis

Detentis in Carceribus, ac Ægrotis, non omittat Parochus hujuſmodi Sacramentum offerre, ac Miniſtrare.

Mulieres non accedant ad Sacram Communionem, niſi velato Capire, brachiis, *a* & pectore coopertis. Similitèr Viri non ſe præſentent cum armis.

Arceantur ab hoc Sacramento Uſurarii, Concubinarii, Hæretici, Schiſmatici, Excommunicati, Interdicti, publicè Criminoſi, Meretrices, Magi, Sortilegi, Blaſphemi ex nefaria conſuetudine, Hyſtriones, qui turpes agunt Comedias, qui in odio Proximi cum ſcandalo perſeverant, prout etiam Conjuges, ſine cauſa legitima cohabitare nolentes; aliique hujus generis homines, niſi de eorum pœnitentia coſtiterit per aliquos dies ante.

a Cap. Quia in omnib. de uſur. ca. pro dilect. & ſeq. de conſec. diſt. 2. Rit. Rom. tit. de Euch. à pag. 65. ad 70

Parochi, qui publicos peccatores ad Euchariſtiæ Sacramentum admiſerint, vel quorum culpa aliquis in eorum Parochia, abſque Sacramentis deceſſerit, arbitrio noſtro ſuſpendantur.

Habeant Parochi Librum ſtatus Animarum, in quo ad præſcriptum Rit. Rom. ſit quam diligentiſſimè deſcriptus numerus Communicantium, & nondùm capacium Communionis, quarum in Paſchate Nobis exactam reddant rationem, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, & quos non communicatos depræhenderint, poſt trinam monitionem, comminetur Cenſuras, & ſi Contumaces perſtiterint, illorum notam ad Nos, ſeu Vicarium noſtrum deferant, ut ad interdicti comminationem, & reſpectivè fulminationem procedatur. Curent tamen Parochi in hoc ſe fidelitèr gerere, ne in graviſſimis pœnis, arbitrio noſtro incurrant.

Communicantes quotidiè per Parochos non admittantur, niſi cum maxima cautela, ac circumſpectione, etiamſi Moniales ſint, ac aliis concurrentibus, de quibus in Decreto Sac. Congr. *b* Concilii, per Sanctiſſimum approbato, quod ad unguèm ſervetur.

In Feria ſexta Paraſceve nemini, præterquam Infirmis, *c* Sanctiſſima diſtribuatur Euchariſtia.

b Decr. Sac. Congr. Conc. 11. Febr. 1679

c Cong. Ep. 15. Julii 1619.

Adole-

Adoleſcentes, uſum rationis habentes, qui tùnc primùm Euchariſtiam ſumere voluerint, Parochus per aliquot dies examinet de Doctrina Chriſtiana, de vi, ratione, & effectibus Sacramenti diligentèr inſtruat.

Caveant Parochi, ne Infirmi ſinè hujuſmodi ſalutari Cibo decedant, undè antequàm morbus ingraveſcat, hoc ſalutare Pabulum miniſtrent, ſub pœnis arbitrio.

Quoties ad Infirmos deferendum erit, Parochus, ſeu Sacerdos, cum Velo ſuperhumerali, ac Pluviali accedat, cum quatuor ſaltèm Intortiis ſubtus Baldachinum, cum duabus Particulis Sacris, ad hoc, vt una Infirmo miniſtrata, cum altera ſolemnitèr ad Eccleſiam redeat, ſolitos Hymnos, & Pſalmos recitans, tàm in inceſſu, quàm in receſſu, cum Aſperſorio, & Aqua benedicta, & uno præeunte cum Tintinnabulo pulſante, cæteris concomitantibus Sanctiſſimum Sacramentum, præcedente priùs ſono Campanæ Parochialis Eccleſiæ, Populo convocato, & Societatis Confratribus.

Ante Oſtium Infirmi genuflexi illud adorent, & interìm Deo preces effundant pro Infirmo, donèc Parochus redeat cum Sanctiſſimo, quod comitentur devotè ad Eccleſiam, ibique [a] benedictionem recipiant.

Ubi verò propter locorum diſtantiam, & viarum difficultatem, cum comitatu, & luminibus deferri non poteſt, habeat Parochus, Superpelliceo indutus, cum Stola, & ſuperhumerali Vaſculum argenteum, in quo intra Burſam Collo appenſam, unicam geſtet Particulam ſub Umbella, ſaltèm uno comite, præeunte cum Tintinnabulo, accenſam deferente lanternam, & Aquam benedictam cum aſperſorio geſtante, & eo caſu, in reditu, Parochus non ſit Superpelliceo indutus. Vaſculum ferat occultum, & Luminaria extincta.

Urgente neceſſitate, & ſi periculum ſit in mora, Sacrum Viaticum deferatur etiam de nocte, & miniſtretur infirmo, etiam non jejuno, ſeruatis in reliquis omnibus, quæ in Rituali Romano præſcribuntur.

Per hujuſmodi Sacramenti adminiſtrationem nihil omninò

[a] Conſt. Martini V. 12. incipien. Ineffabile Sacram. §. 2. Conc. Conſtant. ſeſſ. 13.

omninò petatur, vel recipiatur, a etiam eleemoſinæ titulo, qui ſecus fecerit, ſeveriſſimè à Nobis punietur.

a *Conc. Oxfordien. Anno* 1222.

In Feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ſcenica, & Repræſentationes b nullo modo fiant, abſque noſtra licentia.

b *Conc. Mediol.* 1. *tit. de act. & de rep.*

Pro eadem Solemnitate paternè omnes monemus, & per Parochos etiam moneri mandamus die Dominico ante dictam ſolemnitatem, quod jejunantibus pridie illius diei, & intereſſentibus Divinis Officiis, tam ipſo die feſto, quàm per totam octavam, quamplures Indulgentiæ à Summis Pontificibus ſunt conceſſæ, & ob eamdem cauſam, Canonici Cathedralis Eccleſiæ, & Clerici frequentiores ad dicta Officia conveniant, & ut alios pietatis exemplo magis excitent ad pietatem, volumus, ut toto tempore Divinorum Officiorum ſtent capite aperto, niſi aliquis ex morbo, aliave gravi neceſſitate cogatur, uti pileolo. Cætera, quæ ad hujuſmodi Solemnitatem pertinent, videbimus in Capitulo *De Proceſſionibus*.

Ut autèm hujuſmodi Sacramentum decentiùs Populo miniſtretur, prævio noſtro Edicto mandavimus, & denuò præcipimus, ut non diſtribuatur in Eccleſia, niſi à Sacerdote, Superpelliceo induto, cum Stola currentis coloris, & abſiſtentia Clerici, qui Candelas accendat, & recitet *Confiteor &c.* nulluſque audeat, ſub pœna Suſpenſionis communicare ſuper Prædella Altaris, ſed ante Balauſtratam, & in quantùm fieri poteſt Viri ſint ſaparati à Mulieribus.

Cum hoc Sacramentum Laicis credi, Sacri Canones vetent; c proinde in Oratoriis, præſertìm Confraternitatum etiam ad Orationem quadraginta horarum, inconſultis Nobis, aut Vicario noſtro, non exponatur, neque etiàm per Regulares.

c *Cap. Sanè de celeb. Miſ. cap.* 2. *de cuſtod. Euch.*

Amentibus, & Phreneticis, qui nunquàm rationis uſum habuerunt, ne in mortis quidèm articulo Sacra Eucheriſtia eſt miniſtranda; ſi verò poſt uſum rationis in amentiam, & phreneſim inciderunt, etſi ea durante, non poſſit Sacra Hoſtia miniſtrari, benè tamèn

mèn licèt in ipſo mortis articulo, [a] cum his tamèn advertentiis, ut primò non conſtet, cum peccato mortali in amentiam, & phrænesim incidiſſe. Secundò, nè ſpes moralis ſit, ante mortem rationis uſum recuperaturos; aliàs enim illud tempus expectari jubet Sacramenti reverentia. Tertiò denique, ne probabilitèr timeatur periculum vomitus, vel expuitionis, aut alterius irreverentiæ, quo caſu reverentia Sacramenti præferenda eſt utilitati ipſius Phrænetici.

Semifatuis, qui debilem, ac imperfectum rationis uſum habent, modò capaces ſint Sacramentalis Abſolutionis, ac inter Euchariſtiam, Cibumque prophanum diſcernentes illam reverentèr, & devotè accipere poſſint, non ſolùm in mortis articulo, ſed etiam Paſchali tempore concedi debet.

Muto, ac Surdo à nativitate [b] tàm in Paſchate, quàm in articulo mortis Euchariſtia miniſtretur, ſi tamèn ex ſignis, ac nutibus illam adorare, atque ad ſumendam in remedium ſuæ ſalutis accedere cognoſcatur, Energumenis quoque, ſi aliàs diſpoſiti ſint.

Ad arcendas pluvias, aut tempeſtates ſedandas, nullus Sacerdos Pyxidem cum Sacramento efferat, ſed tantùm Tabernaculum adaperiat, ibique patefacto Oſtiolo, devotè oretur.

a Conc. Carthag. 4. can. 74. relat. in cap. Is quo, 26. quæſt. 6. Conc. Arauſic. can. 3 relat. in cap. Qui recedunt, ead. quæſt. 6. Conc. Tolet. 2. can. 5.

b Cõc. Arauſic. can. 54. Conc. Eliberin. can. 37.

CAP. XIX.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

I*Nfirmatur quis in vobis*, monet Jacobus Apoſtolus, *inducat* [c] *Præsbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini*. Snmma enim Providentia eſt, ut quando *Diabolus* [d] *deſcendit ad nos, habens iram magnam, ſciens, quod modicum tempus habet*, ad perdendum Ægrotum, tunc Sacra Unctio, à Chriſto Domino inſinuata, & per Beatum Jacobum commendata, & promulgata, *cum Oratione Fidei ſalvet*

c Jacob. cap. 5. num. 14.

d Apoc. cap. 12. num. 12.

Infirmum, & alleviet eum [a] *Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittantur ei.* Quibus verbis, ut ex Apoſtolica traditione per manus accepta Eccleſia didicit, docet Materiam, Formam, proprium Miniſtrum, & Effectum hujus ſalutaris Sacramenti. Intellexit enim Eccleſia Materiam eſſe Oleum ab Epiſcopo [b] benedictum; nam Unctio aptiſſimè S. Spiritus gratiam, qua inviſibilitèr Anima ægrotantis inungitur repreſentat, Formam verò eſſe illa verba deprecatoria: *Per iſtam Sanctam Unctionem &c.* Effectum autem Sacramenti eſſe Gratiam Spiritus Sancti, cujus Unctio, delicta, ſi quæ ſunt adhuc expianda, ac peccatorum reliquias abſtergit, & ægroti animam alleviat, & confirmat; [c] magnam in eo Divinæ Miſericordiæ fiduciam excitando, Miniſtros denique eſſe Sacerdotes ab Epiſcopo ritè ordinatos.

[a] *Marc. cap. 6. num 13.*

[b] *Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. & 2. de Sacram. Extrem. Unct.*

[c] *Conc. Turon. An. 813. can. 48.*

Oleum autèm hujuſmodi in unaquaque Eccleſia Parochiali haberi debet in Vaſculo argenteo, aut ſaltèm ſtamneo, cum Goſſipyo, Oleo Sancto madido, & ſuperiùs ſicco, in Burſa violacei coloris, in Armario à latere Evangelii ornato intùs, & foris cum inſcriptione majuſcolis Literis OLEUM INFIRMORUM ſub fida clave cuſtodito penès Parochum.

Caveant autèm Parochi, ne illud miniſtrent Pueris uſu rationis carentibus; ſi autèm uſum rationis habeant, licet eis concedi, quamvis nondum Sanctiſſima Euchariſtia fuerit ipſis miniſtrata, [d] non Mulieribus in partu laborantibus, non conſtito de evidenti Vitæ periculo, non proficiſcentibus ad Bellum, neque Navigantibus, aut Peregrinantibus, non ultimo ſupplicio Mulctandis, nec Impœnitentibus, non Amentibus, neque Furioſis, ſaltèm Phræneſi durante, niſi anteà ratione uſi fuerint, ac niſi conſtet, eos in peccato mortali in amentiam non incidiſſe, non Excommunicatis, vel Interdictis. Senio verò confectis, & quaſi in dies morituris non denegent, neq; alitèr miniſtrent, quàm Superpelliceo, & Stola induti.

[d] *Cap. non licet 12. cap. 2. in fine de Sacram. Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. de Sacr. Extrem. Unct.*

Extrema Unctione collata, Parochi Ægrotum non deſerant, ſed omnibus charitatis officiis in extremo illo

illo conflictu proſequantur, eumdemque monitis ferventibus ad Deum, Beatiſſimam Virginem, Angelum ſuum tutelarem, Sanctoſque omnes precibus reiteratis, etiam contritionis actibus excitatis, adjuvent, ut Deo tandèm conjuncta Anima fœliciter decedat, qui ſecùs fecerint, Deo, & Nobis rationem ſe reddituros eſſe certò ſciant.

Cumque omnia Sacramenta piè, ac ſanctè ſint ſuſcipienda, eo intentiùs in hoc Homo ſe componere debet, quo Divini Judicis Tribunali proprior exiſtit, ideò devoto Eccleſiæ Inſtituto, Ægrotus, ut ſe priùs preparet, atque expiet Sacra Confeſſione, & Communione curet, quod ſi morbi violentia id non permittat, adhùc perungi debet, ut Divini Spiritus Sancti gratia, & Animæ ſalus, & Corporis aptiùs pœnitendi ſpatium prorogent.

Illud quoquè Parochi non omittant monere Ægrotos, atque diſponere, ut aliquem ad Nos mittant, qui Epiſcopalem benedictionem expoſcat, quam Nos injuncta facultate, & indulgentiis per Sanctiſſimum D.N. Innoc. XII. attributis, quocumque tempore, & quibuſcumque Perſonis, Deo adjuvante, parati ſumus impertiri, cum ſtudioſiſſimè quæramus Paſtorali ſollicitudini commiſſas Nobis Oves in illo periclitantis Animæ ultimo conflictu expoſitas juvare; ut muneri noſtro pro viribus ſatisfaciamus.

Sciant præterea Parochi, Sacram Unctionem in eadem Infirmitate non eſſe reiterandam, at ſi Æger convaluerit, quoties indè in novum Vitæ diſcrimen inciderit, toties ei impertiendum eſt hujus Sacramenti ſubſidium.

Si Æger ex aliquo accidente ſit morti proximus, aùt violentia morbi ſenſus obrui timeatur; poterit Parochus eo tempore, quo Sacram defert Euchariſtiam, Oleum quoque Sanctum ſecum afferre, & poſt datam Infirmo Sacram Hoſtiam, extremam quoque Unctionem, ſi res ita poſtulare, viſa fuerit, miniſtrabit. Si verò Æger in ipſa Unctione expiret, ſtatim Unctio intermittatur; ſi autèm dubitetur, an vi-

vus ſit, vel mortuus, miniſtretur ei, ſed ſub hac conditione, *ſi vivus eſt*, juxta formam Ritualis Rom. quod in omnibus adamuſſim ſervari mandamus.

Ægroto, dum adhuc integris eſt ſenſibus, Sacra Unctio adhibeatur, ut majorem devotionem erga hoc Sacramentum valeat concipere, & ſi tempus, & Infirmi conditio permittat, Pœnitentiæ, & Euchariſtię Sacramentis priùs ſit munitus.

Eodem tempore, quo Infirmus inungitur, verba proferantur, nec unus ſit, qui ungat, & alter proferat verba, fiatque Unctio in quinque Senſibus, in Pedibus, ac Renibus; hæc autèm ultima omittatur in Fœminis, majoris honeſtatis gratia, ejuſque loco ungatur Pectus; Sacerdotum autèm manus non interior pars, ubi in Ordinatione Sacrum Chriſma recepit, ſed exterior Oleo perfundatur.

Adminiſtrato hoc Sacramento, Goſſipium, aut Stuppa, qua membra Infirmorum deterguntur, non comburantur in eadem Domo, ſed ad Eccleſiam reportentur, ibique crementur, & Cinis in Sacrario recondatur.

Oleum Sanctum quot annis renovetur [a] in Feria V. Cœnæ Domini; veteri, vel combuſto, vel in Lampade ante Sanctiſſimum Sacramentum conſumetur, nec alibi recipiatur à Plebanis, quàm ab Eccleſia Cathedrali. Pro illo recipiendo, non eos mittant ad Eccleſiam, qui non fuerint Sacris Ordinibus initiati. Eccleſiis ſui Pleberii gratis diſtribuant, [b] neque Sacerdotes, curam animarum habentes, ab alio, quàm à proprio Plebano recipiant, ſub pœna arbitraria. Si fortè infra annum deficiat, vel aliud Oleum benedictum, ſi haberi poteſt, addatur, vel modico [c] non benedicto, in minori quantitate ſuperinfuſo reparetur. Veteri Oleo Parochi non utantur, niſi urgente neceſſitate.

Nullus Sacerdos, etiàm Regularis, qui Parochus non ſit, audeat hoc Sacramentum miniſtrare, niſi in caſu neceſſitatis, abſente Parocho, [d] vel de ejus licentia, ſaltèm tacita, qui ſecùs fecerit, graves dabit pœnas.

a Cap. literis de conſec. diſt. 3 Cap. quod in dubio de conſecr. Sac. Cong Epiſc. 20. Martij 1590.

b Cap. ea, quæ de Simonia.

c Cap. quod in dubiis de Conſec. Eccl. & Altar. Rit. Rom. de Sacram. Extrema Unction. Pignatell. conſult. 62. nu. 8. to. 5.

d Clem. 1. de Privileg.

nas. Regulares verò ſciant, ipſo facto incurrere Excommunicationem Summo Pontifici reſervatam.

CAP. XX.

De Sacramento Ordinis.

NEc *quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo* [a] *tanquàm Aaron*, proclamat Apoſtolus, cui S. Laurentius Juſtinianus applaudit, dicens: *Nemo Presbyteri ſibi honorem vendicet, tantique Sacramenti ſe propria voluntate* [b] *Miniſtrum exhibeat*, & S. Bernardus ponderans tàm dignum Hominis privilegium, fatur: *Super poteſtate veſtra, ſuper tàm inſigni Spectaculo, ſuper tàm inſigni Dignitatis veſtræ privilegio, ſtupet Cælum, miratur Terra, contremiſcit Homo, reveretur* [c] *plurimum Angelica Celſitudo*; Et idem S. Laurentius Juſtinianus exclamat: *Magna prorsùs, & admiranda* [d] *Sacerdotum eſt Dignitas, hoc illis prærogatur ex gratia, quod nuſquam datum eſt Angelis.* Non igitùr omnes ad Ordinis Sacramentum aſpirare debent, & hujuſmodi Regio Caractere inſigniri merentur, niſi qui vocantur à Deo, & præ cæteris, pietate, doctrina, prudentia, boniſq; ac caſtis moribus pollent.

[a] *Ad Hebr. cap. 5. num. 4.*

[b] *S. Laur. Juſtin. ſer. de Euchar.*

[c] *S. Bernar. Ser. 2. in Cœna Dom. poſt Init*

[d] *S. Laur. Juſtin. loc. cit.*

Mandamus itaque, neminem prima Tonſura initiari, niſi priùs examinetur, num ad Eccleſiaſticum Statum vocatus ſit, ſeu potiùs Sacræ Militiæ adſcribatur, vel rei familiaris augendæ ſtudio, vel Parentum vi, aut ſtimulo, vel Laicalium onerum exemptione, aliavè humana ratione, & reſpectu, aut hoc faciat ad fidelem Dei cultum, ſervitiumque præſtandum. Doceat [e] de ejus legitima ætate, exhibeat fidem Baptiſmi, & Confirmationis, nec non atteſtationem vitæ, & morum, legitimorumque Natalium, niſi fuerit aliàs diſpenſatus, prout etiam Teſtimonium Magiſtri Scholæ, etiam de morum probitate, & quod ſaltèm ſciat legere, ac ſcribere; qui verò hoc ignorat, omninò reiciatur à prima [f] Tonſura recipienda.

[e] *Cap. 1. de temp. Ordin. in c. finali de tēp Ordin. cap. cum cōtingat extrà de ætat. & qualit. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. de reform.*

[f] *Conc. Bituricen. An. 233. can. 7. Concil. Trid. loc. cit.*

Ad

Ad minores verò Ordines promovendi, oſtendant literas teſtimoniales primæ Tonſuræ, vel Ordinis reſpectivè ultimo loco ſuſcepti, habeant Teſtimonium proprii Parochi de moribus, de geſtatione Habitus Clericalis, de Sacra Communione frequentèr ſuſcepta, de Doctrinæ Chriſtianæ frequentatione, de ſervitio præſtito Eccleſiæ, cui ſunt aſcripti, nec non fidem Magiſtri Scholæ, quòd latinam linguam ſaltèm intelligant, & quòd optimis moribus præditi ſint.

Qui in ſuſceptis Ordinibus non miniſtraverint per Annum, vel Functiones proprii Ordinis convenientes, in Eccleſia Cathedrali, ſeu alia, cui ſunt aſcripti, non obierint, ad ulteriores, vel majores Ordines non accedant; & de his omnibus juratam fidem Magiſtri Cæremoniarum, ſeu Sacriſtæ exhibere teneantur.

Omnes, & ſinguli, majoribus, aut minoribus Ordinibus inſigniti, ea die, qua Nos Miſſam Pontificalem cantabimus, meminerint, maximè decere, ut Sacram Euchariſtiam recipiant, & niſi in Cathedrali Eccleſia, ſingulis Feſtis diebus, ad Miſſæ ſolemnis Sacrificium, & ad Veſperas, Superpelliceo induti, aſſiduè interfuerint, Muſicæ, & Ecclaſiaſtico Cantu operam dederint, & in illo conſtiterit per diligens examen, quod profecerint, noverint, ſe ad ulteriores Ordines non eſſe admittendos, & cum hæc omnia à Prædeceſſoribus noſtris in ſuis Synodalibus Conſtitutionibus religiosè fuerint ſancita, inviolabilitèr obſervari mandamus.

Qui Sacro Subdiaconatus Ordine voluerint inſigniri, ultrà ſuprà enarrata requiſita, debent habere ſufficiens Beneficium, vel Patrimonium *a* ad Sac. Conc. Trid. præſcriptum. Beneficium autèm debet eſſe tale, quòd ſibi ad honeſtam, decoramque ſubſtentationem ſufficiat annui redditus ſcutorum ſaltèm, vigintiquinque, illudque debet quietè, & pacificè poſſidere ſemper, nec reſignare, commutare, aut alienare, neque fructus hypotecare, & qui dolosè confiсto titulo ſe initiari curaverit, ſit ipſo jure ſuſpenſus, quòd ſi beneficium tanti non fuerit redditus, ex noſtra

a Cap. cũ ſecundũ de praben. Cõc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2 de re Qui form. litera Enticlica S. Cõgr. Concil. 13. Maij 1679. a Summo Pontifice ordinata.

ſtra licentia, & indulgentia ſuppleri poterit per Patrimonium verum, ac reale, non fictum, neque fraudolentum, ut infra dicemus.

Ad titulum verò Patrimonii nemo promoveatur, niſi ad formam Concilii Tridentini, concurrente ſcilicèt neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, quæ priùs legitimè, ac concludentèr probetur, ita ut non ſufficiat ſola Parochi fides, ſed præter illam, aliqui Teſtes examinandi erunt, qui priùs admoneantur de importantia Juramenti, & de pœnis mendacii, tàm coram Deo, quàm coram Nobis ſubeundis, qui deponent de dicta neceſſitate, vel utilitate, [a] reddentes rationem de oneribus Miſſarum, & quantitate Animarum exiſtentium in illa Eccleſia, quibus aliàs commodè ſuccurri non poteſt, illudque deinceps ſinè licentia noſtra alienari, extingui, vel remitti non poſſit, donèc, vel Beneficium congruum aſſequatur, vel aliundè habeat unde vivere poſſit.

[a] *Sac. Congr. Conc. 27. Novembris 1610. apud Fagnan. in cap. ad ſecundum in fin. de Prabendis.*

Patrimonium autèm prædictum non poſſit eſſe minus quàm ſcutorum ſexcentum, fundatum non in Domibus, quæ ut plurimùm remanent dislocatæ, ſed in Bonis ſtabilibus, fructiferis, ſeu Cenſibus, ex quibus Sacerdos commodè vivere poſſit, hocque Patrimonium, ſi ſit titulo donationis, debet Clericus, antequàm ordinetur, habere illius poſſeſſionem veram, & realem, ſaltèm per annum integrum ante, & docere per Teſtes idoneos, in Actis Curiæ noſtræ, fructus illius verè, & realitèr percepiſſe, & de eodem Patrimonio, ſuis certis finibus deſcripto in denunciationibus in Eccleſia ſuper ordinandi Perſonam faciendis, debebit fieri mentio. Hocque Patrimonium non ſit [b] fictitium, ſimulatum, aut commentitium, ſed verum, certum, ac reale, ſine fraude conſtitutum, quod permutari, alienari, vendi, extingui, remitti, gravari, renunciari, aut retrodonari nullatenùs poſſit, etiamſi Beneficium Eccleſiaſticum, & ſufficiens fuerit adeptus abſque noſtra licentia expreſſa, ac ſpeciali, ſub pœnis in antiquis Canonibus ſtatutis, & à Conc. Trid. innovatis, & aliis etiam gravioribus, arbitrio noſtro, incurrendis. Utque

[b] *Cap. Neminem, c. Sanctor. diſt. 70. c. cum ſecundum de Prabend. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de reform.*

Utque fraudes, quod fieri poteſt, in hujuſmodi Conſtitutionibus Patrimoniorum arceantur, ſtrictè præcipimus, ut Conſtituentes jurare teneantur in Actis noſtræ Cancellariæ, Conſtitutiones prædictas eſſe veras, & reales, nullamque inter ipſum, ac Ordinandum adeſſe colluſionem, & eiſdem Conſtituentibus prohibemus, ne deincèps Bona, ad hunc effectum donata, vel quomodocumque aſſignata, ſub Coloni, Procuratoris nomine, aut quovis alio modo poſſiſideant, & per peritos à Nobis, ſeu Vicario noſtro eligendos, Bona hujuſmodi aſſignata, æſtimari debent, & ſi in ea æſtimatione facienda, fraudolentèr ſe geſſerint, teneantur ſupplere de proprio quicquid prædicto Patrimonio defuerit, & Patrimonium ità deſignatum, poſt Subdiaconatus ſuſceptionem, ab honeribus Laicalibus exemptum [a] eſſe declaramus.

[a] Sac. Congr. Immunit. in Aquilan. 4. Auguſti 1627. & in Auximana 28. Sept. 1666.

Qui verò per ſimulatas Donationes, vel per alios Contractus, qui nullum ſortiuntur effectum, finxerint ſe Patrimonium habere, ſeu quocumque alio colore menti Sac. Conc. Trid. fraudem fecerint, non modo, ad alios ſuſcipiendos Ordines non admittentur, ſed etiam à ſuſcepto ipſo facto ſuſpendimus.

Qui ād ſingulos Majores Ordines promovendi erunt, ſcripto Nobis teſtari debebunt, tres denunciationes in Eccleſia Parochiali publicè factas ad formam Concilii Tridentini, [b] tribus diebus Feſtis inter Miſſarum Solemnia, ſeq; in legitima ætate conſtitutos, nec non etiam per decem continuos dies ante Ordinationem in Seminario noſtro, ſeu alibi, ut Nobis videbitur ſecedant ad Spiritualia Exercitia facienda, ad normam Conſtitutionis [c] Alexandri Papæ VII. ut ſalutarium Meditationum, Sacrarumquæ Ceremoniarum exercitationibus ad hoc Sacramentum ritè ſuſcipiendum, rectèque exercendum, inſtruantur, juxta præfatam Conſtitutionem 126. Alexandri Papæ VII., quæ licèt primùm facta fuerit pro Urbe Romę, tamèn poſtea extenſa fuit ubique Locorum à ſa. me. Innocentii Papæ XI. per literam circularem Sac. Cong. Epiſcoporum 9. Octobris 1682.

[b] Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 12. de reform.

[c] Alex. VII. Conſt. 126. Apoſtolica Sollicitudo.

Sit

Sit autèm munus Cancellarii noſtri habere Librum, in quo diligentiſſimè adnotentur nomina omnium, qui ad minores, vel majores Ordines pro tempore promovebuntur, ejuſque erit etiam Literas Parochorum, atque aliorum teſtimoniales aſſervare, Lictераſque dimiſſoriales, quæ à Nobis deincèps concedentur, & ſi negligens in tali munere fuerit, pœnam decem Aureorum incurrat, & Officio Cancellarii ſtatim privetur.

Quia autèm non omnes, qui Militiam Eccleſiaſticam ampleċti volunt, in ea digni ſunt militare: hinc eſt, quòd aliqui ab ea arceantur, & multò magis ab Ordinibus [a] Sacris repelluntur, & ſunt. Primò

Illiterati, Illegitimi, Corpore Vitiati, & ſignantèr Deformes, Leproſi, Paralytici, Epileptici, Amentes, Phrænetici, Arreptii, & ſimiles. Item Minores ætate, ſingulis Ordinibus Requiſita, Neophiti, Servi, ſeu Mancipia, Bigami, Patrociniis, & Curiæ Obligati, Conjugati, non Confirmati, homicidium, aut mutilationem injuſtam committentes, ſeu mandantes, Conſulentes, Cooperantes, aut quocumque modo præſtantes, effectu ſecuto, Militantes ſi quem occiderint, vel obtruncaverint in Bello, etiam juſto aggreſſivo, Judex, qui ſententias protulerit in Cauſa ſanguinis, ſecuta morte, vel mutilatione; prout cæteri alii, qui aliquo modo fuerunt cooperati, ut Accuſator, Denunciator, Promotor phyſchalis, Advocatus, Notarius, & Teſtes, Duellum committentes, ſeu Aſſociantes, Criminoſi, & Infames, tàm infamia, facti, quàm Juris, ut Uſurarii manifeſti, Perjuri, Raptores Mulierum, Falſarii, eorumque Complices, Mimi, & Hiſtriones, aliique vilem, & ſordidam Artem exercentes, Rebaptizantes, & Rebaptizati ſcientèr, aliique rebaptizationi cooperantes, Apoſtatæ, Hæretici, & de hæreſi Suſpecti, eorumque Deſcendentes per lineam Paternam, uſque ad ſecundum gradum, & Maternam, uſque ad primum, Cenſuris ligati, Interdicti, ac Suſpenſi, & Irregulares, qui Ordinem furtivè ſuſceperunt, vel ante tempus, ſeu

[a] *Cap. Præcipimus diſt. 44. cap. Illiteratos diſt. 36. cap. 1. & fin. de Piliis Presby. tot. tit. de corp. vitiatis, cap. nulli, cap. quicumque diſt. 54. tot. tit. de Bigam. cap. 1. & 2. de Cleric. & Monial. lib. cap. 1. de homicid. cap. ſi quis diſt. 10. cap ſicut dignũ de homicid. ca. quicumque 23 q. 8. cap. ſententia Sanguinis, ne Clerici, vel Monaci, cap. 1. diſt. 51. cap. ſæpè, cap. his, quibus 23, quæſt. 8 Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. 5. & 6. de reform. & ſeſſ. 14. ca. 7. de reform. & ſeſſ. 26. cap. 9. de reform.*

per ſaltum, exercentes Ordinem, quem non habent; modò ſcientèr, feriò, & ex Officio miniſtrent, aliiſq; canonicis impedimentis detenti, hi omnes ab Ordinibus arceantur.

Duos SacrosOrdines eadem die accipere nemo audeat, neque duobus diebus continuis, abſque Pontificia diſpenſatione, ſub pœna Suſpenſionis ipſo facto, ab executione Ordinis poſtremò ſuſcepti.

Regulares à ſuis Superioribus teſtimonium afferant, tàm de legitima ætate ad gradum Ordinis, quem petunt, quàm de Profeſſione emiſſa, cum ante eam ad Sacros Ordines non poſſint promoveri abſque titulo Beneficii, vel Patrimonii, [a] juxta B. Pii V. declarationem.

a B. Pius V. cõſtit. An. 1568

Nemo ullum Ordinem ſuſcipere audeat, non præmiſſa Confeſſione Sacramentali, nec quiſquam inito jam Sacerdotio, primam Miſſam, ſinè noſtra licentia celebrare [b] preſumat.

b Cathechiſ. Rom. de Sacramẽt. Ord. n. 33.

Meminerint deniquè ad Sacerdotium promoti illud Ambroſii monitum, dicentis. *Itaque* [c] *dignè noſcamus quìd ſumus, & quòd ſumus Profeſſione, actione potiùs, quàm nomine demonſtremus, ut nomen congruat actioni, & actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane, & crimen immane, ne ſit honor ſublimis, & vita deformis, ne ſit Deiſica Profeſſio, & Diabolica actio, ne ſit Religioſus amictus, & Irreligioſus provectus, ne ſit gradus excelſus, & deformis exceſſus.*

c S. Ambroſ. de Dignit. Sacerd. cap. 3. in princ.

CAP. XXI.

De Sacramento Matrimonii.

Matrimonium eſt ſtatus digniſſimus, inquit Sanctus Bonaventura; *Quia* [d] *in Paradiſo Terreſtri à Deo inſtitutum eſt, & priuſquam alii Ordines inſtituerentur,* & ad hoc contrahi debet, ut Filii ſuſcipiantur, humanaque generatio propagetur: *Honor Conjugii* plaudit S. Petrus

d S. Bonauẽt. Ser 1. in Dominica 24. poſt Pentecoſt. poſt med.

S. Petrus Chryſologus: *Matrimonii* [a] *dignitas eſt procreatio dulcium Liberorum*. Hinc illud, quod inter Protoparentes noſtros in Terreſtri Paradiſo prodiit efformatum à Domino perpetuum, indiſſolubilemque nexum inter Conjuges inducit, itaut verè dici poſſit cum Adam. *Hoc nunc* [b] *Os ex Oſſibus meis, & Caro de Carne mea: quamobrem relinquet Homo Patrem ſuum, & Matrem, & adherebit Uxori ſuæ, & erunt duo, in carne una*. Hoc autèm vinculo duos tantummodò copulari, & conjungi Chriſtus Dominus apertiùs docuit, cum poſtrema illa verba, tamquàm a Deo prolata referens dixit: *Itaque*, [c] *jam non ſunt duo, ſed una Caro*, ſtatimq; ſubdit, *quod ergo Deus conjunxit, Homo non ſeparet*.

a S.Pet.Chryſol. ſerm. 91. poſt med.

b Gen.cap.2. num.23.& 24.

c Matth.c.19 num.6. & 7.

Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem, & indiſſolubilem unitatem confirmaret, Conjugeſque ſanctificaret, [d] ipſe Chriſtus venerabilium Sacramentorum Inſtitutor, atque Perfector, ſua nobis Paſſione promeruit, quod Apoſtolus innuit illis verbis. *Viri diligite* [e] *Uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea*, mòx ſubdens. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autèm dico in Chriſto, & in Eccleſia*; ex quibus verbis deducitur, quòd in Lege Evangelica Conjugium ipſum fuit, Sacramenti dignitate decoratum, ut Divinorum munerum, & Gratiæ Cœleſtis virtute, non tàm procreare ex ſe Sobolem Homo gauderet, quàm illam Deo educare, & pro Patria Cœleſti, juxta illud Clementis Alexandrini: *Scopus* [f] *Matrimonii, & Inſtitutum, eſt Liberorum ſuſceptio, finis autèm, ut boni ſint Liberi*.

d Conc.Trid. ſeſſ.24. cap. 1. de reform.

e Ad Epheſ. cap.5.num.25. & 32.

f Clem. Alexand.lib.2.Pedag. cap.10. in princ.

Ut igitur majori, qua decet Sanctitate, & reverentia tractetur hoc Sacramentum, Parochi cæteriq; Curati frequentèr, ſed paternè, & modeſtè Puellas commoneant, ut famę, & honori virginali in primis conſulant, nec ſe fictis Nuptiis deludi, & decipi ſinant, illiſque planè declarent, Matrimonium quocumque modo initum, nullius roboris eſſe, niſi in facie Eccleſiæ, ideſt coram Parocho, & duobus Teſtibus contrahatur.

Sponſi verò, & Sponſæ ab iiſdem Curatis moneantur,

tur, ne ſimul habitent, & converſentur, [a] niſi poſtquàm Matrimonium ritè, & rectè contraxerint per verba de præſenti, ideſt in facie Eccleſiæ coram Parocho, & Teſtibus.

Hortandi ſunt etiam Filiifamilias, honeſtatis, ſuadente ratione, quòd licèt ad Sacramenti validitatem minimè ſit neceſſarium, ut Parentibus, & iis, in quorum fide, ac poteſtate ſunt, cum honorem tribuant, ut ipſis inconſultis, ne dum invitis, & repugnantibus, rem tanti momenri non incant, immò potiùs illorum conſiliis, & placitis humilitèr [b] obſequantur.

Antequàm Parochi deveniant ad denunciationes à Sac. Conc. Trid. requiſitas utriuſque Sponſi voluntatem ſedulò, ac ſecretè ſcrutentur, an liberè, ſpontè, vel minis, & ſeductionibus coacti, nuptiis [c] aſſentiant, & quatenùs vim aliquam inferri Puellis comperẹrint, ſtatìm Nobis, ſeu Vicario noſtro deferant, ut præter anathematis Sententiam, quàm ex canonicis Sanctionibus ipſo facto incurrunt, etiam aliis remediis ſubvenire poſſimus, & interim a dictis denunciationibus deſiſtant.

Inquirant etiam contrahentium ætatem, & qualitatem, nimirùm, an Vir decimumquartum Annum, Mulier verò, duodecim Annum compleverint, an rudimentorum eſſentialium Doctrinæ Chriſtianæ, ſignantèr ad Fidem pertinentium, [d] capaces ſint, videlicèt Myſterii Sanctiſſimæ Trinitatis, Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, Symboli Fidei, Præceptorum Decalogi, ſeptem Sacramentorum, & cæterorum ad ſalutem neceſſariorum, an Communione Paſchali eo Anno refecti fuerint, an inter eos adſit aliquod impedimentum Propinquitatis, & Parenthelæ.

Dictæ autèm Denunciationes tribus diebus de præcepto continuis, qui quantùm fieri poteſt, conſequentes [e] non ſint; à proprio Contrahentium Parocho, inter Miſſarum Solemnia, dum Populus eſt frequentior, faciendæ, cujuſcumque Matrimonii cælebrationem omninò præcedant, & non remittantur, neque

[a] *Sac. Congr. Conc. in Sypontina 22. Maij 1664.*

[b] *Cap. honorant. 32. quæſt. 2. Cathech. Roman. de Sacr. Matrim. nu. 32 Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. & 9. de reform.*

[c] *Cap. cũ locum de deſponſat. Impuber. cap. nullus 36. qu. 2. Rit. Rom. de Sacram. Matrim. § has autem. Conc. Pariſien. 1. can. 6. & Trid. ſeſſ. 24 c. 9. de reform.*

[d] *Cap. cũ locum, cap. equiſiuit, cap. Gemma de deſponſat. Impuber. Cõc. Trid. dict. cap. 9.*

[e] *Cap. cum inhibitio de Matr. clamdeſt. Cõc. Tr. ſeſſ. 24. c. 1. de reform.*

Digitized by Google

neque diminuantur, niſi juſtis concurrentibus cauſis, & Nobis conſultis, vel Vicario noſtro, quibus facultas danda eſt in ſcriptis. Si verò contrahentes in diverſis Parochiis commorentur, in utraque præmittantur dictæ trinæ denunciationes, juxta Rituale Romanum, nec alter ex Parochiis aſſiſtat celebrationi Matrimonii, niſi priùs habuerit atteſtationem alterius, quæ gratis omninò detur de dictis proclamationibus factis. Qui verò denunciationes faciendas vel in totum, vel in parte remiſerit, pœnam Suſpenſionis, arbitrio noſtro duraturam, ultra alias, incurrat, illæq; Feſtivis diebus fient, præmonitis Conjugibus, ut interim à copula abſtineant, niſi Nobis, ſeu Vicario noſtro Generali aliàs expedire videatur.

Quia autèm inutiles prorsùs forent Matrimoniorum promulgationes, tàm enixè à Tridentina Synodo requiſitę, ſique ſint canonica impedimenta, quæ illud contrahendum impediunt, etiam contractum dirimunt, neſciatur idcircò Parochi ex probatis Auctoribus diſcant, & quandoque de eis Populum doceant, ne Fideles, falſo Nuptiarum nomine decepti, turpium Amorum fœdera incautè ineant, & quàm execranda, & prorsùs irrita ſint clamdeſtina Conjugia cognoſcere poſſint, quæ ut plurimum continentur in illis verſibus, quorum explicationem infrà videbimus in Appendice.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus Diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen Honeſtas,
Si ſis Affinis, ſi fortè coire nequibis,
Raptavè ſit Mulier, nec parti reddita tutæ,
Si Parochi, & duplicis deſit præſentia Teſtis,
Hæc ſocianda vetant Connubia, & facta retractant.

Poſt publicationem dictarum denunciationum, ſi intra duos menſes nullo legitimo impedimento detecto, Matrimonium in facie Eccleſiæ contractum non fuerit, iterùm omnino repetantur, ad explorandum, an fortè novum emerſerit impedimentum, niſi huic nouæ publicationi per Nos, ſeù Vicarium noſtrum ex aliqua juſta cauſa fuerit diſpenſatum.

In

In ipſis autèm faciendis, ſi aliquod detectum fuit impedimentum, quantùmvis malitiosè obiectum videatur, nec ad celebrationem Matrimonii, nec ad ulteriora procedatur in faciendis Denunciationibus, ſed Nobis, vel Vicario noſtro deferant, ut pro viribus providere [a] poſſimus; qui falſum aliquod impedimentum detulerit, ex quo futurum Matrimonium, vel differri, vel perverti contigerit, prout etiam qui impedimenta ſcit, & non revelat, ſciat ſe graviſſimas pœnas ſubiturum.

Parochi, ſi abſque probabili cauſa denuciationes facere diſtulerint, vel Sponſorum benedictiones protraxerint, arbitrio noſtro puniantur.

Cohabitationem, & domeſticam converſationem, quæ fieri ſolet in Domibus inter Contrahentes, ſtatim factis Sponſalibus, omninò prohibemus, & ſuper hoc Parochi gravitèr eos moneant ab hujuſmodi converſatione, & cohabitatione abſtinere, ſuper quo conſcientiam eorum oneramus.

Factis tribus denunciationibus Matrimonia celebrari non differantur, & ſub aliquo non ſolutæ dotis, ſeu alterius ſimulati impedimenti prætextu, non protrahantur ultra duos menſes, & interim non ſecuto Matrimonio, non permittantur Sponſi ſimul ſub eodem Tecto pernoctare, nec habitare, [b] & præſertim remotis Parentibus, & Conſanguineis, ſub pœnis arbitrio noſtro, ſuper quo iterum Parochorum Conſcientiam oneramus, ut Nobis, ſeu Vicario noſtro denuncient Contravenientes, & ſi, quod abſit, copula inter eos ſequatur, [c] ſciant ſe graviores pœnas ſubituros, prout Stupri crimen expoſcit, & Nobis inconſultis, Matrimonium interim non celebretur.

Regulares, qui Parochi non ſunt, non poſſint denunciationes publicare, ſi verò Matrimonia celebrare præſumpſerint, non habita licentia à proprio Parocho, in pœnas à Sacris Canonibus comminatas [d] incurrant.

Contrahentes ſcientèr Matrimonia in gradu prohibito, ſunt [e] excommunicandi.

a Cap. cum inhibitio de clamdeſt. deſponſat. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1, de reform.

b Sac. Congr. Conc. in Sypontanea 22. Maij 1664.

c Sac. Congr. 25. Oct. 1588. 26. Aug. 1589. 15. Maij 1590. 14. Decē. 1635. 17. Febr. 1636. penès Niccol. Verb. Spōſalia.

d Clementin. 1. de Privileg.

e Clementin. unica de conſangu. & affin.

Celebretur autèm hoc Sacramentum de mane in Eccleſia, publicè, & non ſecretò, à proprio [a] Parocho, ſeu ab alio Sacerdote de ejus licentia, induto veſte talari, cum Superpelliceo, & Stola, adhibitis ſaltèm duobus, vel tribus teſtibus, ac mutuo eorum conſenſu intellecto, neque unquam in privatis Domibus celebretur, cum ſit Sacramentum, ſicùt cætera alia, niſi urgentiſſima cauſa in contrarium ſuadeat, [b] quo caſu expreſſa noſtra licentia in ſcriptis requiratur, Sponſique priùs Sacramentali Confeſſione expientur, & Sacra reficiantur Communione, ac interſint Miſſæ Sacrificio, quod pro eis offertur, nec non Sacerdotalem Benedictionem ex ritu ſuſcipiant, ut ita peculiari Spiritus Sancti dono recepto, ad perpetuam in Sancta Charitate concordiam, firmiores reddantur, ac Divinam gratiam conjugalis amoris, & indiſſolubilis unitatis complementum aſſequantur.

a Conc. Violien. An.775. can.15. & Coc. Vermē.an.755. can.15.

b Conc.Trid. ſeſſ.24. cap.1. de reform.

Ut omninò execrandum Poligamiæ crimen tollatur, exteri Vagantes, ignoti Advenæ, Alienigìnæ, & ſimiles, Matrimonium contrahere non permittantur, niſi facta priùs diligenti inquiſitione de vita, & moribus; exhibitis item in Cancellaria noſtra literis teſtimonialibus proprii Ordinarii atteſtantibus de ſtatu libero, & denunciationibus habitis, & neceſſariam à Nobis licentiam obtinuerint, & alia à Sacro Concilio Tridentino requiſita concurrerint. Similitèr Vidua, ſeu Viduus non permittatur ſecundum inire Matrimonium, niſi priùs conſtet per legitimas probationes de morte alterius Conjugis; [c] neque pro hac ſufficiat ejus longiſſima abſentia, ſeu altera ſecutæ mortis conjectura, niſi per certum Nuncium de morte Conjugis evidentèr appareat, & qui adhuc vivente prima Vxore, ſecundam accipere præſumpſerit, incurrat pœnas preſcriptas per [d] Urbanum VIII.

c Cap.Dominus de ſecund. nupt. c. in præſentia, de ſponſal.&matrim.

d Vrb. VIII. Conſtit.quæ incip.Magnum in Chriſto20.Junij 1637.

In Cauſis Matrimonii non recipiantur alitèr Teſtes, nec examinentur, quàm juxta formam Inſtructionis Sanctiſſimæ, & Univerſalis Inquiſitionis de Urbe, promulgatæ Feria V. 21. Auguſti 1670. in qua præſcri-

ſcribuntur interrogatoria Teſtibus facienda.

Impedientes Matrimonia re, verbis, minis, aut ſeductionibus, ſciant ſe eſſe excommunicatos [a] per Concilium Tridentinum.

[a] Conc.Trid. ſeſſ.24. cap.9. de reform.

Nèc omittendum putamus Matrimonii validitatem, & vim in ſolo conſenſu, verbis expreſſo conſiſtere, niſi Contrahentes ſint Muti, quia tunc ſufficiunt ſigna. Miniſtrum autem Sacramenti eſſe ipſos Contrahentes ad invìcem. Parochum verò habere ſe tamquam Teſtem neceſſarium, qui debet eſſe proprius Viri, aut Mulieris, juxta mentem Sacræ Congregationis. [b]

[b] Sac.Congr. relat.per Rebell lib.2.qu.8. per Bonac. de nat. & propriet. Matrim. quæſt.2. punct.8.num.7

Prohibitiones Solemnium Nuptiarum, quæ ſunt ab Adventu Domini, uſque ad diem Epiphaniæ, & à Feria IV. Cinerum uſque ad Octavam Paſchæ incluſivè, diligentèr cuſtodiantur, & tunc Matrimonia ſolùm celebrentur cum licentia noſtra, ità tamèn, ut Solemnitates omninò omittantur in traductione Sponſæ ad Domum Sponſi.

Parochi habeant Librum benè compactum, in quo ſtatim deſcribant Diem, & Annum, Contrahentium nomina, & Teſtium, adjectis inſuper diebus factarum Denunciationum, illumque fidelitèr cuſtodiant ſub ejſdem pœnis, quas ſupra impoſuimus, pro deſcribendis Baptizatis, & hic intelligimus repetitas; & ſi Conjuges, abſque legitima cauſa, maritalem Thorum recuſaverint, aut à communi habitatione diſceſſerint, ſtudeant iidem Parochi, ut ad priſtinam vitæ conſuetudinem revertantur, renitenteſque Nobis referant, ut opportunis Juris remediis compeſcere poſſimus.

Tob. c.8.n.5.

Et quia Filii Sanctorum non debent ità conjungi, ſicut Gentes, quæ ignorant Deum, omnia fiant modeſtè, ac religiosè, ut hoc præſtantiſſimum Sacramentum omni cum Sanctitate, & reverentia recolatur; doceantque Parochi Populum inter Miſſarum Solemnia de hujus Sacramenti dignitate, atque præſtantia, & de triplici bono conjugali, Fide nimirùm, Prole, & Sacramento. Fide, ut Matrimonii fœdus

fœdus nunqàm violetur; Prole, ut Filii religioſè educentur in timore Domini, & demùm Sacramento, ut nunquàm fiat ſeparatio Conjugii, niſi ex legitimis cauſis, Eccleſiæ judicio comprobatis.

CAP. XXII.

De Bonis Eccleſiaſticis conſervandis.

Sicut res ad Jus Eccleſiæ pertinentes, amittere non debemus, ita alienas appetere incivile eſſe judicamus, monet [a] S. Gregorius, ſcribens Anthemio Subdiacono. Cum autèm, ut ſcribit Caſſiodorus [b] *Eccleſia hæreditas Chriſti dicatur, & tamquàm hæres, Bona Domini Salvatoris adit, & poſſidet*: hinc eſt, quòd Bona Eccleſiæ, eo delicatiùs conſervare, & cuſtodire debemus, quò Bona noſtra minùs ſunt, cum Domini Salvatoris, vota Fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia ſint [c] Pauperum.

[a] S. Greg. lib. 1. Epiſt. 63.

[b] Caſſiod. in Pſ. 5. in Proem. in princ.

Dignitates igitùr, Canonicatus, Præbendas, Cappellas, Beneficia ſimplicia quæcumque, vel Curata, etiam Juriſpatronatus obtinentes, infra duorum menſium ſpatium, poſt hujus Decreti promulgationem, annuorum Cenſuum, Prædiorum, Poſſeſſionum, Bonorumque omnium, tàm mobilium, quàm immobilium, Jurium, actionum, atque onerum eiſdem impoſitorum, Inventarium [d] diligentiſſimè, & fidelitèr conficiant, quo fines ab omni parte circumſcribant, & conditiones notent, cujus exemplare, mandamus, in noſtra Cancellaria afferri, perpetuò conſervandum: qui fuerint negligentes, pœna quinque aureorum, Locis piis applicandorum, vel alia pœna arbitraria plectantur.

[c] Cap. cũ ſecundũ de præbend. cap. Expedit 12. quæſt. 1 cap. quia juxta 56. quæſt. 1.

[d] Conc. Oxford. An. 1222.

Et quoniàm ad Nos perfertur Eccleſiarum Rectores, cum magno Bonorum Eccleſiaſticorum detrimento, Arbores in Bonis Eccleſiarum ſitas [e] ſæpè incidere, nec curare, ut dignoſcant quæ ſint ceduæ, & quæ non poſſint, nec debeant cedi ſine periculo

[e] Cap. Fraternitatem de Donat.

incurrendi in Cenſuras contra alienantes Bona Eccleſiæ, Nos, ut tanto malo, tantoque periculo pro viribus occurrentes; volumus, & in Domino mandamus, ut in poſterùm nulli Rectores Eccleſiarum, aut Beneficiorum quorumcumq; Arbores quaſcumq; etiam cæduas incidere audeant, niſi priùs Nobis admonitis, noſtroque conſenſu, aut licentia in ſcriptis obtinenda, & poſt hujuſmodi inciſionem, debebunt ſemper pro unaquaque Arbore cæſa, quatuor alias ſimiles in eodem Solo plantare, & vivas, ut dicunt, alere, ſub pœna ſcutorum quinque in utilitatem Eccleſiæ applicandorum, & ſub pœna duplici pro iis, qui Arbores cædere auſi fuerint, ſine noſtra licentia, & approbatione. Idemque volumus, & mandamus intelligi etiam de Vineis.

Æconomis Beneficiorum vacantium, ſumma diligentia curare debent, tàm ſpiritualia, quàm temporalia eorum Bona, & ſi caſu acciderit, ut propter lites, vel aliquod aliud munus Æconomus multo tempòre ſit retinendus, ſingulis annis per totum menſem Majum rationem reddere teneatur, & quicquid reddituum ſupererit, deponat in manu Depoſitarii noſtræ Curiæ, ſub pœna amiſſionis ſtipendii, abſque alia declaratione, incurrenda, aliiſque noſtris arbitrariis, nec aliud ſtipendium accipiat pro tali munere, niſi quod fuerit conſtitutum in patentibus Literis, quas ante miniſtrationem omninò debeat habere.

Alienationem Bonorum Eccleſiæ, quocumque modo, etiam lato ſumpto vocabulo, Beneficiati, & quicumque Rectores, ſivè Parochi, ſciant eſſe prohibitam ſub graviſſimis Cenſuris per varia Concilia; idòq; omninò [a] ab ea abſtineant.

Uſurpantes exquiſitis modis Bona Eccleſiæ, illaq; minùs licita occupatione retinentes, ſeu ne percipiantur ab aliis, ad quos de jure pertinent, impedientes, ſciant ſe innodatos eſſe Anathemate, de quo in Extravaganti *Ambitiosè* Pauli II. de rebus Eccleſię non alienandis; [b] & tamdiù hujuſmodi Anathemati ſubjecti ſint, quamdiù Bona, res, jura, fructus, & red-

a Conc. Rom. An. 504 Conc. Agaten. Ann. 506. can. 15. Conc. Aureliã. 4. An. 541. can. 19. cap. ſtatuimus 2. quæſt. 2.

b Extravag. Ambitiosè de reb. Eccl. non alienan. d. Cõc. Rom. An. 504. & Aurelian. 4. Ann. 541. can. 18. & Concil. Trid. ſeß. 22. cap. 11. de reform. Bulla Cœna Domini §. 17.

Digitized by Google

redditus prædictos integrè reſtituerint, & à Summo Pontifice abſolutionem obtinuerint, & ſi Clerici fuerint, ulteriùs Beneficiis priventur, nec non inhabiles ad alia obtinenda reddantur, & à ſuorum Ordinum executione ſuſpenſi maneant.

Bona verò modici valoris, & quæ comprehenduntur ſub diſpoſitione, Cap. *Terrulas*, nec diſtrahi, nec vendi, nec permutari, & hypothecari, ac ultra triennium locari poſſint, niſi una cum licentia noſtra, de evidenti Eccleſiæ utilitate [a] legitimè conſtet.

Retinentes Inſtrumenta, aliaſque Scripturas ad Eccleſiam, & Cancellariam noſtram pertinentes, in Excommunicationem Nobis reſervatam, incurrant.

Eccleſiarum Bona non locentur Affinibus, & Conſanguineis Rectorum, & Beneficiatorum, uſque ad tertium gradum, etiam per ſuppoſita nomina, & tunc fiant de licentia noſtra, ſeu Vicarii noſtri Generalis, [b] neque ad dictas Locationes admittantur Prædiorum vicini, qui terminos Bonorum Eccleſiæ, vel mutare, vel auferre poſſint.

Anticipatas in locationibus ſolutiones in ſucceſſorum præjudicium, omninò damnamus, ſi quando tamèn eſſet notoria Eccleſiæ utilitas, obtenta a Nobis facultate, permittemus.

Hæredem Beneficiati defuncti, fructus à Solo ſeparare, Ligna cædere, & aliud damnum ſucceſſori afferre non decet, qui contrarium attentaverit, ultra damni emendationem, gravitèr punietur; prout ſi ejuſdem Beneficiati defuncti Bona, Jura, Scripturas, Libros, & quæcumque alia, ad Eccleſiam, vel Beneficium ſpectantia ſubripere, occultare, & occupare præſumpſerit.

Pecunia Eccleſiæ, aliiſvè locis piis obventa, ſivè ex Legato Cenſuum extinctione, vel alia quacumque de cauſa, quàm citiſſimè, ſi fieri poteſt, in emptionem Stabilium, vel Cenſuum reinveſtiatur, non tamèn cum Conſanguineis Beneficiati, ſeu Adminiſtratoris, uſque ad tertium gradum, etiam per ſuppoſiſita nomina, vel ſi inveſtiri non poſſunt, caveant

M 2 iidem

a Cap. Terrulas, c. hoſvis 10. quaſt. 2.

b Ead. Extrauag. Ambitioſè. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de reform. Alex. VII. Cõſtit. qua incip. Suprama 13. Aprilis 1657.

iidem Beneficiati, & Adminiſtratores reſpectivè, dictas pecunias penès ſe non retinere, minùſque in proprios uſus convertere, ſed apud aliquam perſonam idoneam, vel Depoſitarium Eccleſiaſticum deponant, ſub pœnis arbitrio noſtro.

Noverint denique Parochi, aliique Beneficati, & Adminiſtratores, Domos, & Ædificia omnia, & multò magis Eccleſiam, ſeu Cappellam pro viribus reficere, illaque utilitèr, conſervare, & tenere; negligentes hoc facere, vel per fructuum ſubtractionem, vel aliis Juris remediis compellemus. Iidem ad minùs quolibet Anno ſingula Prædia viſitent, illaque recognoſcant, & ſi locata ſunt, videant, an per Conductores meliorentur, ſeu deteriorentur, & Confines rectè cuſtodiantur; nec non, an Ædificia indigeant reparatione, ſicque ſe gerant, ut in Patrimonio Chriſti, major etiam, quam in proprio, cura diligentèr adhibeatur.

Notarii, quæcumque Legata pia infra duos menſes, à die notitiæ obitus Teſtatoris, Curiæ noſtræ Epiſcopali denunciare teneantur, debeant etiam gratìs notitiam ſimplicem Legatorum tradere piorum Locorum Miniſtris, ſub pœnis arbitrio, ultra Caſum Nobis reſervatum.

Piorum Locorum adminiſtrationi præficiantur Viri pii, ac prudentes, qui, quantum fieri poteſt, legere, ac ſcribere ſciant. Caveant ne Bona, & Redditus in alios uſus convertant, nec ſub mendicato prætextu neceſſitatis. Adminiſtratio, & gubernatio uni, eidemq; Perſonæ, ultra triennium ne committatur, niſi aliud ſuadente ratione, vel neceſſitate, per Nos fuerit determinatum.

Qui aliqua ratione pecunias Loco pio debent, Adminiſtratores non eligantur, [a] & ſingulis Annis Nobis rationem reddant, juxta Conc. Trid, & Caſui Nobis reſervato ſubjiciantur. Prophanis uſibus Sacra applicare, dedecens eſt: [b] Sacra itaque Suppellex, cujuſcumque generis ſit, nullatenùs permutetur, oppignoretur, multoque minus alienetur.

a Clementin. Quia contingit § Vt autem de Relig. Domib. Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 15. & ſeſſ. 22. cap. 9. de reform.

b Cap. ſine exceptione, cap. nulli, de reb. Eccleſ. non alienan.

CA

CAP. XXIII.

De Vita, & Honeſtate Clericorum.

Clericus ſortem ſonat, ſivè quod ipſe ſorte ſit electus à Deo ad ſervitium Dei, ſivè quod ipſe Deus ſors illius ſit, & quod portionem aliam in Terra habere non debeat: ita Clericorum Statum depingit Hugo à Sancto [a] Victore; & S. Antoninus, conſiderans Coronam, quam Clerici in Capite gerunt, ait, quòd eſſe debent tanquàm *Reges Spirituales, quia* [b] *ſe & alios Virtutibus regere debent, & bonis exemplis*. Quanto igitùr Laicis Dignitate, & Officii magnitudine præſtant, tantò pietate, ſcientia, bonisque moribus eos præcellere debent, teſte Hieronymo: *Vehementèr* [c] *Eccleſiam Chriſti deſtruit, meliores Laicos eſſe quàm Clericos*; & ut cum Apoſtolo loquar. *Nemini dantes ullam* [d] *offenſionem, ut non vituperetur Miniſterium noſtrum*. Sæculares enìm actiones Eccleſiaſticorum obſervant, quaſi ſignum ad ſagittam, intenti, ſi quandò eos labi animadverterint *ubi eſt Deus Clericorum*, [e] protinùs inquiunt, atque inſupèr, tantis ſub Auctoribus, licentiùs pravis affectibus indulgent, juxta illud Divinum Dictum: *Si Sacerdos* [f] *qui eſt unctus, peccaverit, faciet delinquere Populum*.

Meritò Sacroſancta Tridentina Synodus [g] docet nihil eſſe, quod magìs ad pietatem, & Dei cultum inſtruat, quàm Vita, & Exempla eorum, qui in ſortem Domini vocati, Divinis Miniſteriis mancipantur, cum enim à rebus Sæculi, in altiorem locum ſublati conſpiciantur, in eos tamquàm Speculum, reliqui oculos coniiciunt, ex iiſque ſumunt, quod imitentur.

Ut igitur Clerici omnes, Vitæ probitate, Sanctiſq; operibus perfectam vivendi formam cunctis præſeferant; [h] præcipimus, atque mandamus cum Apoſtolo Petro. *Miniſtrate in fide veſtra Virtutem, in Virtute autèm*

[a] *Hugo à S. Vict. lib. 2. de Sacram. par. 1. cap. 3. poſt med.*

[b] *S. Antonin. par. 3. tit. 12. de infidel. c. 9. in prolog. § 1. ante med.*

[c] *S. Hieron. in cap. 2. Epiſt. ad Tit. in fin. To. 9*

[d] *2. Ad Corinth. c. 6. n. 3.*

[e] *Cap. Qualit. de accuſat. cap. Magnæ de Voto.*

[f] *Cap. Levitic. cap. 4. num. 3.*

[g] *Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de reform.*

[h] *Clementin. final. de vit. & honeſt. Cleric. Gloſ. in Clementin. 2. eod. tit. Alias in cap. Clerici.* il ſecondo. *eodem titulo.*

autèm Scientiam, in Scientia autèm Abſtinentiam, in Abſtinentia autèm Patientiam, in Patientia autem [a] *Pietatem*; nec non obteſtamur, ut Veſtes ſemper deferant proprio Ordini congruentes, nigras, & uſque ad talos per Civitatem, ſaltèm diebus Feſtis, atque etiam feriatis in Miſſæ celebratione, ac adminiſtratione Sacramentorum. Extra eam verò, vel in itinere, veſtibus uti poſſunt brevioribus, quæ tamèn uſque ad genua pertingant; Inobedientes verò, ultra pœnam trium Aureorum, Locis piis applicandorum, ipſo facto ſubjaceant aliis [b] à Concilio Tridentino inflictis.

Ut ergò omnes in ſortem Domini vocati, coram ipſo, & hominibus, quantùm patitur humana fragilitas, irrepræhenſibiles ſint, Clericalium functionum peritiam, pro modulo [c] addiſcant. Sacrarum Literarum, Canonicarum Sanctionum ſtudiis, Librorumve piorum, Cathechiſmi, Ritualis Romani, Rubricarum, ac præcipuè hujus Synodi frequenti lectione delectentur, ut inſtructiores evadant ad omnia dignè, & ritè exequenda, quæ ad ipſos pertinent. Sacerdotes itèm habeant penès ſe Vetus Teſtamentum, & Novum, Cathechiſmum, Rituale Romanum, hanc Synodum, Summam aliquam Theologiæ moralis approbatam, & Librum aliquem ſpiritualem, & ſignantèr Thomam à Kempis de Imitatione Chriſti, nec non aliquas Sanctorum Vitas, ut in eis legere ſedulò poſſint, quod facere, & imitari debeant. Ultra Divini Officii recitationem, frequententent Orationem vocalem, nec non piis Meditationibus ſpiritum ad Cœlum ſubſtollant, ut verè cùm Apoſtolo dicere [d] poſſint: *Noſtra converſatio in Cœlis eſt.*

Calceamentis, & Caligis ex pellibus, aut ſi ex lana, vel ſerico, non niſi nigri, aut modeſti, & obſcuri coloris utantur, qui rubras, virides, croceas, aut ſimiles detulerit, eamdem pœnam trium Aureorum ſolvat.

Noctui non vagentur per Civitatem, [e] quod ſi fortè alicujus negocii neceſſitas exire cogat, habitum Clericalem deferant, & poſt ſonum publicæ Campanæ, ſecum

a 2. B. Petri cap. 1.

b Con. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.

c C. 1. c. Dolentes de celeb. Miſſar. Leo X. in Conc. Lateran. ſeſſ. 9. c. 9. B. Pius V. Conſtit. 135.

d Ad Philippen. cap. 3. n. 20

e Cap. non oportet. de conſec. diſt. 5. cap. cum decorem de vit. & honeſt. Cleric.

Digitized by Google

ſecum lumen ferant, Luna non lucente.

Converſationem Mulierum, earumque familiaritatem, quæ ſuſpicionem [a] præbeat, omninò fugiant, memores ejus, quod ſcripſit D. Bonaventura: *Licèt carnalis [b] affectio ſit omnibus periculoſa, & damnoſa, Clericis tamen damnoſior, & periculoſior eſt*; & ut inquit Hieronymus: *Prima tentamenta Clericorum, ſunt Mulierum frequentes acceſſus*; Famulas Domi ſuſpectas non teneant, ſed tales ſint, quæ ad minus quadrageſimum Annum habeant, ſub pœnis arbitrio.

Fabulis, Comediis, aliiſque prophanis, & inanibus ſpectaculis [c] non interſint.

Non incedant Perſonati, neque publicarum, aut privatarum Chorearum ſint actores. Ab Aleis, Taxillis, cæteriſque Ludis prohibitis, & à Venationibus illicitis omnino abſtineant, ſub pœna decem Aureorum, vel alia arbitraria, pro qualitate culpæ imponenda, [d] & locis piis applicanda.

Sæcularibus negociis, & illicitis negociationibus non ſe immiſceant; affictus non recipiant, [e] ut enim ſcribit Petrus Bleſenſis: *Damnabilis eſt in Clerico Curialibus, aut Secularibus negociis ſe immiſcere*.

Commeſſationibus, & Ebrietatibus, non vacent, in quibus non deſunt impudicitiæ, & qui cum Laicis in Tabernis, & Cellis Vinariis fuerint reperiti, gravitèr, [f] arbitrio noſtro penientur.

Arma Clericorum, cum ſint lacrymæ, & Orationes: hinc eſt, quòd cujuſcumque generis, offenſiva, vel defenſiva deferre non audeant, ſub eadem [g] pœna. In publicis Conventibus, vel Populi frequentiis, & ubì Feſtivitates celebrantur, propter grave, quod ex hoc oriri poſſet ſcandalum, etiam in Clericalis Dignitatis contemptum, niſi fortè per tranſitum per Civitatem ab iis, qui facultatem habent, prout etiam in itinere, dummodo ſtatui Clericali non diſconveniant.

Clericis

a Conc. Elyberin. an. 305. can 27. Carthag. 1. an. 348 can 3. Laudich. an. 364. can. 34 Andegau. an. 453. can. 4.

b S. Bonavēt. de modo cōfeſs. c. 14. S. Hieron. Epiſt. 14. ad Oceanum propè init. cap. a nobis de cohabit: Cleric. & Mulier. cap. Clericus, cap. Clerici diſt. 81. cap. his igitur diſt. 23.

c Can. ſi quis qu. 3. cap. cum decorē, de vit. & honeſt. Cler. Clementin. 1. § Nōnulli de celeb. Miſſ. Conc. Conſtantin. 6. can. 24. & Senon. can. 25.

d Cap. Presbyt. 19. diſt. 34 cap. Sacerdotes 2. diſt. 37. cap. Nullus 35. de conſec. diſtin. 5. cap. 1. de Cleric Venat. c. Eſau diſt. 86. c. 1. ne Cleric. vel Monac.

e *Petrus Bleſen. epiſt.* 14 *cap. negotiatio. diſt.* 8. *Conc. Vormatien. Anno* 868. *can.* 67.

f *Cap. is igitur diſt.* 23. *cap. Presbyteri diſt.* 34. *Conc. Carthag.* 4. *an.* 398. *can. Clerici*.

g *Conc. Vermerien. An.* 752. *can.* 16. *Laodicē. An.* 364. *can.* 55. *Claremont. An.* 1005. *can.* 6.

Clerici in Sacris conſtituti, Laicis non inſerviant, nec Mulieres [a] comitentur.

Fornicarios cujuſcumque generis Clericos, tàm in Minoribus, quàm in Sacris conſtitutos Ordinibus, pro modo culpæ, circumſtantiis omnibus delicti penſatis, arbitrio noſtro ſeveriſſimè, & irremiſſibilitèr puniemus.

Clerici Concubinarii, niſi moniti abſtineant, tertia parte fructuum quorumcumq; Beneficiorum, ac Penſionum, ſint ipſo jure privati. Si vero in eodem delicto, cum eadem, ſivè alia Fœmina perſeverantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, ultra prædictam pœnam, ſuſpendantur ab adminiſtratione Beneficiorum. At ſi adhuc non reſipiſcant, priventur omnibus Penſionibus, & Beneficiis, quod ſi hoc non ſufficiat, excommunicentur; ſicut in Edicto contra eos, in fine Synodi [b] regiſtrando.

Non alant Canes venatorios, non Aves, & Accipitres; indignum enim eſt, ut Eccleſiæ redditus, ex quibus Chriſti Pauperes eſſent ſubveniendi, in alendis Beſtiis [c] expendantur.

Plateas non adeant, niſi ex magna, & certa ſui Officii neceſſitate, nec per eas deambulent, quaſi otioſi, qui tempus in meditationibus Sacris deberent impendere, non in vanis, & detractoriis [d] verbis.

Clerici in minoribus exiſtentes, ſicuti etiam Sacris initiati, non promoveantur ad ulteriores Ordines, niſi doceant ſe in aliis inferioribus miniſtraſſe, & Eccleſiæ, cui ſunt adſcripti, frequentèr [e] inſerviſſe.

Non admittantur ad Clericatum negociis ſecularibus implicati, & qui tutores extiterint, & magno ære alieno ſint gravati, niſi priùs ratione reddita, ne in fraudem Creditorum Clericale Privilegium [f] recipiatur.

Anulo utantur solùm in Dignitate conſtituti, & quidèm unico, nec magni pretii, ità tamèn, ut in Sacro Miſſæ Sacrificio ſemper deponatur, ſub ipſius Anuli amiſſionis pœna, [g] & aliis arbitrio.

Non Barbam, nec Comam ſtudioſè nutriant, non Ca-

a Cap. ne Cler. vel Mon. cap. Cyprianus 28.qu.3. c. pervenit. diſt. 84. c Officia Cleric. de vit. & honeſt. Cler. Cõc. Rothomagen. an. 1096.

b Concil. Mogũtin. an. 1075 Lateranen. III. an. 1619. can. 2

c Conc. Vormatien. Anno 868. can. 17 Aghaten. An. 506. can. 35. Turonẽ. an. 813 can. 9. cap. Epiſcopum diſt. 34

d Conc. Chartagin. IV. can. 47. Synod. Alberti § 8. de vit. & honeſt. Cleric.

e Conc. Rom. an. 325. can. 3.

f Conc. Charthaginen. I. an. 348. can. 10.

g Cap. Cleric. offic. de vit. & honeſt. Cleric. Sac. Rit. Congr. 13. Febr. 1625.

Capillos calamiſtratos, aut cincinnatos habeant, [a] ſed Tonſura ſit Eccleſiaſtica, itaut Aures utrimque pateant. Ex adverſo autem cavendum eſt, ne nimia Corporis incuria, ac laceræ Veſtis deformitate, Clericalis Dignitas vileſcat, memores illius: *Paupertas mihi ſemper placuit, ſordes nunquam*, ſed eorum Veſtes ſint graves, decentes, ſed ſine nimia elegantia, & exquiſito nitore, ut enim ſcribit S. Bernardus: [b] *Non facit ornatum Clericum tenera Veſtis, ſed munditia mentis.*

Sacerdotes diebus ſaltèm Dominicis, & Feſtis de præcepto Miſſæ Sacrum facere meminerint, aut ad minùs diebus ſolemnioribus Anni, qui in Eccleſia noſtra Cortonenſi ſpecificati fuerunt per Sacram Congregationem Concilii, [c] in Feſtis diebus Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Paſchatis Reſurrectionis, Pentecoſtes, S. Petri, & B. Margharitæ Protectricis, & Concivis noſtræ; Rectores verò Eccleſiarum recordentur illud Venerabilis Bedæ dicentis: *Sacerdos non legitimè impeditus, celebrare omittens, quantum in eo eſt, privat Sanctiſſimam Trinitatem laude, & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, Juſtos ſubſidio, & gratia, & in Purgatorio exiſtentes refrigerio, Eccleſiam ſpirituali Chriſti beneficio, & ſe ipſum medicina, & refrigerio.*

In prima Tonſura, & minoribus Ordinibus conſtituti, ſi privilegiis clericalibus gaudere volunt, ferant Habitum Clericalem, ac Tonſuram, Eccleſiæ, quibus ſunt adſcripti, diligentèr, ac frequentèr inſerviant, aliàs incurrant pœnam Sixtinæ Conſtitutionis, quæ privat [d] Beneficiis, & Penſionibus.

Nemo coram Judice laico teſtimonium ferat ſine noſtra licentia, vel Vicarii noſtri Generalis, aut ſe conveniri permittat, ſed juxta Sacros Canones, laicale Forum declinet omnino, [e] ſub pœnis arbitrio.

In Criminalibus ad offenſam, ubi Corporis, aut honoris diminutio, vel offenſio, vel ubi Irregularitatis nota oriri poteſt, nullo pacto examinari permittemus, quod ſi permittendum eſſet ex cauſa, exhibitis priùs interrogatoriis, illiſque recognitis, ne quid

N igno-

[a] *Cap. prohibente diſt. 23. cap. 12. quæſt. 1 cap. Clerici de vit. & honeſt. Cleric. c. quando, & cap. pro reverẽtia diſt. 44. Conc. Chartagin. 4. anno 398. can. 44. Romã. an. 721. can. 17.*

[b] *S. Bernar. ſer. 9. ad ſoror. in princ.*

[c] *Sac. Congr. Conc. in Conſtant. 17. Nov. 1696.*

[d] *Sixt. V. Cõſt. qua incip. cũ Sacroſanctã 9. Jan. 1589 Cõc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de refor*

[e] *Cap. ſi diligenti de for. compet. c. Clericus* il quinto *q. 1. c. quãquã 14. qu. 2. cap. 1. de fid. Inſtrum. Conc. Rom. an. 325. can. 3. Carth. 5. anno 398. can. 1 Andegau. an. 453. can. 1. & Vernen. anno 755. can. 18.*

ignominioſum Clerico irrogetur, tantum modò facultas ſuper eiſdem pro examine [a] concedetur.

Nullum Mercaturæ, aut negociationis genus exerceant, aliena Prædia, & Vectigalia, etiam Eccleſiaſtica non conducant, nec ulla cum Conductoribus Communione jungantur, ut enim inquit Apoſtolus. *Nemo [b] militans Deo, implicat ſe negociis ſæcularibus*, & ut inquit S. Auguſtinus: *Qui exercet mercimonia, hic Negociator magis poteſt videri, quàm [c] Clericus*.

Si Clericus contentioſus, ſeditioſus, maledicus, obtrectator, fratrum profectibus invidens, Eccleſiaſticam quietem perturbaverit, noſtram profectò, Sacrorumque Canonum, non impunè [d] provocabit diſtrictionem.

a Cap. Sententiã, ne Cleric. vel Monac.
b 2. Ad Tim. cap. 2. num. 4.
c S. Auguſt. ſer. 37. ad Fratres in Erem. poſt. med.
e Cap. ſi quis diſt. 90. c. Accuſatores, c. Seditionarius, capit. Cleric. maledic. c. In vidend. diſt. 46. Conc. Chartag. 4. an. 398. can. 55. & 56.

CAP. XXIV.

De Sancto Sacrificio Miſſæ.

Hoſtia Sacra Diviniſſima vocatur, quoniam Divinos facit, & participes Divinitatis eos, qui ſe [e] dignè participant. Hæc Hugonis de S. Victore ſententia, cunctis Sacerdotibus ingerit puritatem Angelicam, quàm exigit Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium. Sacerdotes celebrando Miſſam, ut verbis Apoſtoli utar. [f] *Habent Myſterium Fidei in Conſcientia pura*. Hinc, quanta puritas debet eſſe in Altaris Miniſtro, liquido patet, ex verbis Prophetæ dicentis: [g] *Mundamini qui fertis Vaſa Domini*, ad quod Præceptum Domini reflectens Petrus Bleſenſis, fatur. [h] *Quanto mundiores eſſe opòrtet, qui in manibus, & in Corpore portant Chriſtum*, & ad illud alludens S. Thomas à Villanova, proſequitur. *Quid [i] dixi, qui fertis, immò, qui eſtis Vaſa Domini, ideſt Sacrarium Dei, in quibus Manna Cœleſte, & Angelorum Cibus quotidie infertur, atque reconditur*.

Præcipimus itaque in primis, ut non admittantur ad Miſſam dicendam, publicè, & notoriè criminoſi, aut

e Hugo de S. Vict. lib. 2. de erud. Theol. de Sacr. fide cap. 8
f 1. Ad Tim. cap. 3 n. 9.
g Iſaias c. 52 num. 11.
h Petr. Bleſen. Epiſt. 123. in princ.
i S. Tho. à Villanov. Cõcione 3. de S. Auguſt.

aut ſcandaloſi; inquit enim Apoſtolus: *Non* [a] *poteſtis Calicem Domini bibere, & Dęmoniorum, non poteſtis Menſæ Domini participes eſſe, & Dæmoniorum*: Similitèr arceantur à celebrando in quacumque Eccleſia etiam Regularium, omnes Sacerdotes exteri, vagique, niſi literas teſtimoniales ſui Ordinarii obſtenderint, & licentiam, quam ſivè à Nobis, ſivè à Vicario noſtro Generali habuerint, quod obbligare etiam Regulares in eorum Eccleſiis, declaratum fuit à Sac. Congregatione [b] Concilii.

Nemo ad primam Miſſam dicendam admittatur, niſi qui habuerit priùs à Nobis licentiam celebrandi, quæ nullatenus concedetur, niſi prævia atteſtatione Magiſtri Cæremoniarum, & eorum, quos ſuper Cæremoniis Eccleſiaſticis deputavimus, coram quibus pluries experientiam fecerint, an ipſis apprimè calleant. Ut autèm à Miſſis præſertim novis omnis nota turpis quæſtus longè amoveatur, vehementèr cuperemus nullas in earum celebratione fieri oblationes. Certè autèm prohibemus, ne eas, Eccleſiam circumeundo, petant, [c] ſed in medio Altaris, Populo obverſi, à ſponte offerentibus modeſtè recipiant, ſolitumq; Pacis Inſtrumentum, ſeu potiùs Crucem, & non manus ad oſculum exhibeant, neque hac occaſione, Ludi, Choreæ, & immoderata Convivia intemperantis lætitiæ omninò agantur.

Miſſam ità legant, ut memoriæ parum, aut nihil fidendum ſciant, ſed in Librum intenti, quæ audiri à circumſtantibus debent, voce alta exprimant; quæ verò ſecreto dicenda, pronuncient voce ſubmiſſa, atque ita vocis, actioniſque gravitatem moderentur, ut, nec brevis ſit, neque prolixa, ne Populus tedio afficiatur.

Sacerdotes, antequàm ad celebrandum accedant, juxta Rubricas, [d] Matutinum, & Laudes Officii currentis recitent, ſacras, piaſque preces ad genuflexorium in unaquaque Sacreſtia poſitum, procumbentes, devoto animo ferventèr effundant, & priùſquàm ſe accingant ad celebrandam Miſſam, quæ cum Officio

[a] *I. Ad Corinth. cap. 0. n. 21. Sac. Cōgr. Conc. 29. Nov. 1670. Epiſc. & Regul. 14 Jan. 1625. Coc. Mediolā. 3. de Sacrif. Miſſæ c. 1. & Trid. Decret. de Sacrif. Miſ. & ſeſſ. 23 c. 16 de reform.*

[b] *S. Cogr. Cōc. per Pignatell. to. 8. conſult. 42 n. 4. & ſeq. & cap. 1. de Cler. Peregr.*

[c] *Sacr. Cong. Conc. apud Zerol. in prax. Epit. Ver. Miſſa.*

[d] *Cap. 1. de celeb. Miſſ.*

Digitized by Google

plerumque concordare debet, prævideant, & ſignacula ſuis locis in Miſſali diſponant, ne quid exteriùs appareat, quod aut Populi devotionem offendat, aut Sacerdotis incuriam coarguat, & donec in Sacriſtia induti, Sacris Veſtibus commorantur, ſilentium exactiſſimè ſervent.

In Altaris Menſa, in quo celebratur, nullus collocet Biretum ipſum, aut Subbiretum, neque aliquid aliud, ſed tantùm ea, quæ ad Sacrificium ſpectant, nullusque celebraturus ad Altare pergat ſinè Bireto clericali, vel ſinè eo ad Sacriſtiam revertatur ſub pęna viginti ſolidorum.

Cum autèm tàm excelſi Operis altitudo expoſcat, ut Fideles eo potiſſimùm tempore ei vacent, quo tàm mente, quàm corpore eſſe ſolent, utplurimùm magis experrecti; celebrationem Miſſarum, tàm in Eccleſiis Sæcularium, quàm Regularium nocturno tempore omninò prohibemus, [a] ſecluſo Privilegio, præterquàm in nocte Nativitatis Domini, [b] ſub pœna ſcuti unius pro quolibet Contrafaciente, & pro qualibet vice locis piis arbitrio noſtro applicandi; permittimus tamèn eas celebrare, pro commoditate Populi, circa Auroram, & non antè, & parùm poſt Meridiem.

In Cathedrali Eccleſia Miſſa Conventualis nunquàm omittatur, etiamſi exequiæ, vel aliæ functiones in ea fiant [c].

Seriò item monemus Sacerdotes omnes, ut ſaltèm diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus omninò Miſſam celebrent juxtà præſcriptum [d] Sac. Concilii Tridentini.

Curati verò Dominicis diebus, & Feſtis de præcepto hora univerſo Populo, judicio ipſius Parochi, magis accommodata, Miſſam Parochialem celebrent, ſciantque tunc pro Populo ſe teneri offerre, [e] ideòq; ſi hiſce diebus Eleemoſina pro Miſſa celebranda eis ab aliquo offeratur, ne piorum Fidelium voluntati debita Fides violetur, veniam petant ab Offerente, & altero die celebrabunt. Quandò autèm vel ex conſuetudine, vel de licentia alibi celebraturi ſint, præcedenti

a Gloſ. in c. 1. de reſcript. Fagnan. in c. Paſtoralis nu. 10. de Appell.

b Cap. Nocte Sancta de conſec. diſt. 1.

c Synod. Robbia cap. 26.

d Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 14. de reform.

e Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de ref. Sac. Cóg. Conc. Incluſina 5. Julii 1570. & in Civit. Caſtellana 26. Auguſti 1628. in Vercellen. 21. Martii 1643. & in Lucana 10. Maii 1681

cedenti Feſto Populum moneant de deficientia Miſſæ, & quo ipſi celebraturi accedant, & ſi plures in aliqua Villa ſunt Sacerdotes, Miſſæ talitèr diſtribuantur, ut circà Solis ortum una, circa Tertiam alia, altera verò propè Meridiem, ad Populorum commoditatem celebrentur.

Sacerdos, qui tenetur certo loco celebrare Miſſam, nullo modo audeat alibi celebrare, niſi alium ſui loco ſubſtituat ſub pœna librarum duarum infrà quindecim dies abſquè ulla requiſitione ſolvenda, qua non ſoluta, ſtatuto tempore, Suſpenſionem a Divinis incurrat ipſo facto. Quod ſi noluerit celebrare, alium itèm ſuo loco ſubſtituat, aliàs in pœnam unius libræ ipſo facto incurrat; & nihilominùs per ſe, vel per alium teneatur infra Hebdomadam prætermiſſæ obligationi ſatisfacere ſub eadem pœna Suſpenſionis. Quod multò magis de Parochis dicendum eſt, non derogando tamèn Decreto, aliàs facto die prima Auguſti 1634. quod ſervari volumus.

Rectores Capellarum exiſtentium in quavis Eccleſia Civitatis, vel Diœceſis pro celebratione Feſtivitatum, ad quas tenentur, ſolvant Sacriſtæ, ſeu Rectori illius Eccleſiæ libras quatuor, & Candelas quatuor, quarùm verò redditus ſummam duodecim ſcutorum excedent, ſolvant libras ſex, & Candelas ſex ſub pœna duorum Aureorum applicanda pro parte Sacriſtæ, vel Rectori illius Eccleſiæ, & pro alia parte locis piis.

Excipiuntur Rectores Capellarum Eccleſiæ Cathedralis, qui pro ſuis Capellis ſolvant Taxam juxtà tenorem Edicti in fine Synodi deſcribendi.

Feſtivitatum celebrationem fieri volumus, & mandamus ab iis, ad quos ſpectat, die ipſa S. Titularis, & non alia, ſub pœna ſcutorum quatuor, juxtà idem Edictum.

In Eccleſia Cathedrali omninò ſervetur, ut qui primus ingreditur Sacriſtiam pro celebranda Miſſa, ille primus ad celebrandum exeat, nec ſuperveniens poſſit illum prævenire, niſi forsàn ſit aliquis ex Digni-

gnitatibus, vel Canonicis, qui debeat Choro intervenire, vel Epiſcopo inſervire, vel alius, qui velit ex devotione celebrare.

Caveant omnes, qui Choro intereſſe debent, ne ab eo diſcedant occaſione celebrandi Miſſam, niſi à Sacriſta vocati, vel aliqua urgenti neceſſitate ſervitii Eccleſiæ, & cum licentia Dignioris de Choro, aliàs punientur tanquàm abſentes. Unuſquiſq; ſivè Dignitas ſit, ſivè Canonicus, ſivè Capellanus in proprio Stallo reſideat, nec extrà illud vagetur ſinè præciſa neceſſitate.

Dato de manè Miſſarum principio, curet Sacriſta, ut continuata una poſt aliam ſequatur ſinè intermiſſione uſque ad finem, ſemper dato ultimo ſigno, ut moris eſt. Quod ut faciliùs contingat, uni tantùm Sacerdoti, vel ſi neceſſitas poſtulet, duobus ad ſummum poteſtatem faciat parandi ſe ad Miſſæ celebrationem, niſi fortè quis velit celebrare pro devotione, quem ſub hac lege nolumus comprehendi, & Sacriſta inobediens, vel negligens, acritèr arbitrio noſtro puniatur,

Qui in aliqua Eccleſia munus impoſitum habent Miſſæ celebrandæ diebus incertis, Nobis intrà Menſem ſignificent, ut re cum eis tractata, certos unicuique dies pro majori Eccleſiæ utilitate, & commoditate præſcribant, juxtà formam in Eccleſia Cathedrali præfixam.

In quacumque Sacriſtia adſit Tabella tituli omnium Beneficiorum, ſeu Capellarum cum diſtincta Nota onerum, & obligationum ipſis annexarum. Prout etiam ſit Libellus, in quo nomina omnium, & quorùmcumque illorum, qui Miſſam celebraverint, adnotentur unaquàque die, [a] quem Libellum in fine cujuſcumque Menſis à Sacriſta, vel Rectore mandamus conſignari Reviſoribus deſtinatis à Nobis, & qui in præmiſſis omnibus, vel in aliquibus eorum defecerint, pœna decem Aureorum puniantur.

[a] Sac Congr. Conc. 15. Decẽbris 1663.

In Monialium Eccleſiis, nullus, ſivè Sæcularis, ſivè Regularis Miſſam celebret [b] abſquè noſtra, ſe Vicarii noſtri licentia ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

[b] Sac. Congr. apud Nicolium in floſc. ver. Miſſar.

Regu-

Regularibus verò ſub pœna Suſpenſionis ipſo facto incurrenda.

Curatorum Ruralium, nullus, ſub pœna decem Aureorum ipſo facto incurrenda, Officiaturam, ſivè onus celebrandi Miſſam extrà propriam Eccleſiam, ſinè noſtra licentia ſuſcipiat.

Ut abuſus ille, qui nimis invaluit omittendi Miſſas currentes illa die, & alias pro libito celebrandi, à noſtra Diœceſi penitùs tollatur. Prohibemus Miſſas Votivas, non niſi diebus ferialibus, Feſtis ſimplicibus, & ſemiduplicibus dici ad hoc, vt Miſſa concordet cum Officio illius diei, in quantum fieri poteſt.

In Eleemoſinis Miſſarum recipiendis, omnis Simoniæ labes omninò abſit, ſtrictè prohibemus, ne Sacerdotes aliquid pro celebrando petant, ſeu pactum ineant, aut plura ſtipendia pro una Miſſa recipiant, ſub pœna à Sacris Canonibus, & Summorum Pontificum Conſtitutionibus inflicta. Decernimus autèm pro cujuslibet privatæ Miſſæ celebratione congruentem Eleemoſinam ſolidos decem, diebus verò feſtivis Julium unum; licere tamèn Sacerdotibus minùs accipere, & Chriſtifidelibus plùs elargiri.

Ut autèm onera Miſſarum, ex Defunctorum relictis, vel aliorum piorum Eleemoſinis iàm impoſita, quàm maxima fieri poteſt integritate, [a] adimpleantur, & nulla nova in poſterum, niſi cum certa fide futuræ ſatisfactionis imponantur, omnes, qui hujuſmodi oneribus ſunt obnoxii, ſciant eadem, ſub quavis, etiam tenuitatis Eleemoſinæ, ſeu reddituum diminutione, nulla prætèrquàm Sedis Apoſtolicæ Auctoritate poſſe reduci, niſi in ipſa fundatione fuerit alitèr cautum.

[a] Decr. Sacr. Congr. Cōc. juſſu Urb. VIII. edita de celebr. Miſſ. § 1.

Deindè Eccleſiarum Rectores, Capitula, & Sacerdotes, qui receperunt, aùt in poſterum recipient ſtipendia licèt incongrua; [b] pro pluribus Miſſis, gravitèr ſe peccare noverint, & ad reſtitutionem teneri, niſi tot Miſſas celebraverint, quot ad rationem attributę Eleemoſinæ fuerint præſcriptæ ab eo, qui Eleemoſinam tribuit, nullique Sacerdoti licitum eſſe recepta ab

[b] Bulla confirmat. dd. Decr. § deindè eadē Sac. Cong. in reſp. ad 2. & 25 Jan 1659.

ab aliquo pro Miſſa celebranda, Eleemoſina, aliam ab altero accipere pro applicatione ſpecialis fructus ipſi celebranti debiti ſtante declaratione Sacræ Congregationis Concilii, in contrarium approbata ab Alexandro VII. 25. Januarii 1659. quam omninò ſervari mandamus.

Sciant prætereà non licere Sacerdoti, qui Miſſam cum certa Eleemoſina ſuſcepit, eamdem alteri committere retenta ſibi parte dictæ Eleemſinæ; [a] alioquin ipſum gravitèr peccare, & teneri ad reſtitutionem, etiamſi alter ſciens majorem tributam fuiſſe Eleemoſinam, ea contentus ſit. Immò nec pro expenſis Luminum, Vini, Hoſtiæ, & aliorum Paramentorum quidquam, vel minimum detrahi poſſe, [b] niſi Sacriſtia nullos habeat redditus, quo caſu poterit aliquid à Nobis ſtatutum retineri pro Regionis, & Eccleſiæ conditione, cæteriſque omnibus penſatis taxandum.

Manuales Eleemoſinas pro Miſſis celebrandis, ità demùm Capitula, Societates, & Eccleſiarum Sæcularium, & Regularium Superiores, & Rectores accipere ſe poſſe intelligant, ſi pro jàm acceptis ſatisfecerint, aùt ſi ſatisfacere poſſunt infrà modicum tempus, [c] nempè unius Menſis.

Anticipatas autem Miſſarum celebrationes pro incerta Eleemoſina offerenda ab Uniuerſali Eccleſia improbatas eſſe, [d] paritèr ſciant.

Pecunias, vel Bona mobilia Eccleſiis, vel Societatibus acquirenda, cum onere perpetuo Miſſarum, meminerint ſtatim deponi debere, [e] penès idoneam Perſonam ad effectum illas, ſeù illorum pretium in Stabilibus, cum oneris expreſſione inveſtiendi.

Miſſæ perpetuæ acceptari non poſſint ab Eccleſiæ Rectoribus, ſivè Parochis, vel Confraternitatibus, niſi ad rationem Juliorum duorum [f] pro qualibet Miſſa.

Parochis ſtrictè prohibemus, aliiſque Sacerdotibus, ne ullos dùm Miſſa celebratur, & maximè Mulieres. intrà Cancellos Altaris admittant, neque tàm propè ad Altare accedere patiantur, ut Celebrantem Sacra Myſteria [g] interturbent.

a d. Bulla § ſimilitèr, & Sac Congr. Conc. in Anconit. 5 Julii 1664.

b Ead. Bulla in reſpōſo ad 7

c Ead. Bulla § ad hac. Sac. Cong. Conc. 17. Julii 1655.

d Sacr. Cong. Conc. 25. Nov. 1615.

e Ead. Bulla § prateread.

f Ead. Bulla § ad hac.

g Cap. Apoſtolica de conſec. diſt. 1. c. Sacerdos 30. de conſec. diſt. 2. c. 1. de vit. & honeſt. Cleric. cap inhiben. de cohabit. Cler. Cōc Laudicen. an. 364. can. 44.

Nullus

Nullus Sacerdos audeat celebrare Miſſam, niſi ſit in habitu Talari. Qui contrafecerit, unius [a] Aurei pœna puniatur.

In Feſtis duplicibus, & Octavis privilegiatis, Miſſæ votivæ, aùt de Requiem non celebrentur, ſed Decreta [b] emanata ſerventur.

Nullus Sacerdos etiamſi in Eccleſia Sacrarium non fuerit, exceptis Epiſcopis, in Altari ad celebrandum Sacras Veſtes aſſumat, & ſi alius locus non adſit, non in medio Altaris, ſed in Cornu Evangelii ſe induat, ſemperque ei [c] Miniſter inſerviat.

In Oratoriis ſivè publicis, ſivè privatis, aùt in Laicorum Societatibus Feria V. in Cœna Domini nullus audeat celebrare ſinè licentia noſtra, aùt Vicarii Generalis, dummodò non reponatur in eo Sacramentum. In aliis autèm Eccleſiis, tali die, non niſi una Miſſa celebretur, ſed Feria VI., & Sabbatho Sancto nullo modo celebrari poſſit alia Miſſa, quam Conventualis, juxtà Decretum noviſſimè emanatum, ſub pœnis ex arbitrio, non obſtante quacumque conſuetudine [d] in contrarium.

[a] *Conc. Lateran. 5. ſeſſ. 9. de reform. Cur. c. 2. Conc. Mogũt. 4. cap. 74.*

[b] *Sac. Congr. Rit. 21. Junii 1625. Decr. Alex. VII. 5. Auguſti 1662.*

[c] *Sac. Congr. Rit. 17. Julii 1617. & 7. Auguſti 1627.*

[d] *Cap. Sabat. 19. de conſecr. Sac. Rit. Congreg. diſtinct. 3. 11. Feb. & 11. Martii 1690. approbat. ab Alex. Papa VIII.*

CAP. XXV.

De Parochis.

Sacroſancta Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitimè congregata, loquendo de exemplaritate Sacerdotum, in hæc verba prorumpit. [e] *Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum Vita, & exemplum, qui ſe Divino Miniſterio dedicarunt; cum enim à rebus Sæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquàm ſpeculum reliqui oculos coniiciunt, ex eiſque ſumunt, quod imitentur;* quod ſi tales reverà Sacerdotes non eſſent, Cenſuram incurrerent, Ambroſii dicentis. [f] *Quid enim in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat, ſi nihil in te aſpiciat, quod ultrà*

[e] *Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de reform.*

[f] *S. Ambroſ. lib. 3. Epiſt. 30.*

ultrà ſe inveniat, ſicque in ſe erubeſcit, in te quem reverendum arbitratur offendat? Sunt enim tales Sacerdotes, qui ut verbis utar Eucherii. [a] *Onus totius Mundi portant humeris Sanctitatis*; quò ſi hoc dicitur de ſimplicibus Sacerdotibus; quid proindè dicendum venit de Parochis, & Animarum Rectoribus? de quorum unoquoque loquitur Jeremias. *Ecce conſtitui* [b] *te, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*; cum ipſis, utpotè Animarum Rectoribus incumbat onus, eos à ſceleribus vindicare, ad monitum S. Caroli, dicentis: *Qui Animarum* [c] *curam gerunt, quos in vitiorum fæce verſari animadverterint, cautè, ac ſapientèr ſtudeant à flagitiis deterrere, & ad virtutem cohortari, eiſdemq; in ſcelerum gurgite laborantibus opem ferre, verbis, conſiliis, exemplis.*

a S. Eucher. homil. 3. ex Edit. cum s. Theodor. Studita.

b Jerem. cap. 1. num. 10.

c Act. Eccleſ. Medio. pag. 274

Omnibus igitùr Plebanis, Prioribus, Rectoribus, Præpoſitis, & Vicariis, quibus imminet cura Animarum, enixè præcipimus, & mandamus, ut in propriis Eccleſiis, ſeu Parochialibus Domibus aſſiduè perſonalem reſidentiam faciant, neque abſentes maneant abſque noſtra licentia in ſcriptis, quæ [d] niſi ex urgenti cauſa, à Nobis dignoſcenda, concedatur, ſub pœnis à Sacris Canonibus inflictis, & aliis arbitrio noſtro, ſciantque, ſe aliter fructus ſuos non facere, quos pro rata temporis abſentiæ, Fabricæ Eccleſiæ, vel Pauperibus loci reſtituendos eſſe, etiam ante ſententiam, & nulla ſuffragante compoſitione, cum reſidentia ſit de Jure Divino.

Et ad tollendam omnem non reſidendi occaſionem, mandamus, ne quis curam Animarum extra Mœnia Civitatis exercens, munus aliquod Miſſam celebrandi ſuſcipiat in Civitate, ſub pœnis Capituli præcedentis §. Curatorum. Prout etiam Regulares, quibus cura Animarum incumbit, nullatènus pro eorum libito abeſſe à dicta Cura, nec aliquem in eorum locum, ſine noſtra, vel Vicarii noſtri licentia, ſubrogare præſumant, ſub pœnis comminatis in Concilio Tridentino *Cap. 11. ſeſſ. 25. de Regularib.*

Sibi igitùr, & univerſo Gregi [e] *attendentes, in quo Spiritus*

d Cap. licet de elect. & Electi poteſtate in 6. cap. fin. de Cleric. non reſid. B. Pius V. Conſt. 65. Cupientes Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 1. & ſeq. & ſeſſ. 23. cap. 1. de refor. Sac. Cög. Conc. in Fulginaten. 10. Maii 1687.

e Act. Apoſt. c. 20. n. 28. 2. ad Timoth. c. 4. n. 5. ad Tit. c. 1. n. 10. c. ſed illud diſt. 45. Iſai. c. 56. n. 10. cap. ſit Rector diſt. 43.

Digitized by Google

Spiritus Sanctus poſuit eos regere Plebem Dei, quam acquiſivit Sanguine ſuo in omnibus laborent, ac vigilent, & ſibi creditæ Eccleſiæ ſint, non habentes rugam, neque maculam, ad monitum Apoſtoli. *Potens in Doctrina ſana exhortari, & eos qui contradicunt, arguere, ne aliàs Sacerdotalis ſeveritatis immemores, tanquàm Canes muti non valentes latrare,* dum culpas ſibi Subditorum, corripere nequeunt, delinquentibus, promiſſa ſecuritate fruſtrà blandiantur.

Statuimus propterea, ut in ſingulis Eccleſiis, Animarum curam habentibus, Tabernaculum pulchrum, deauratum, vel ſaltèm pictum, à quolibet Parocho conſtruatur, ubi aſſiduè Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum [a] Lampade, die, noctuq; ſemper accenſa ſervetur, nequè contraria conſuetudo ſuffragetur, quantumvis titulo paupertatis, ſub pœnis arbitrio noſtro, ne ipſis in hoc negligentibus, eveniat terribile illud, quod refert B. Cardinalis Petrus Damiani, & hoc modo. Sinentes extingui Lampadem, juſto Dei Judicio, extinguantur, & ipſi per mortem.

Qui delinquens, vel negligens in aſſervando continuè Sanctiſſimo Sacramento reperietur, tribus Menſibus ab Officio, & Beneficio ſuſpendatur, vel alia pœna arbitraria pro modo culpæ plectatur.

Curati Miſſas celebrent omnibus diebus Dominicis, & Feſtis, hora univerſo Populo, ipſius Parochi judicio, magis congrua, & ut in Capitulo præcedenti innuimus; [b] eas debent pro ſuo Populo celebrare, in qua currentia Jejunia, feſtoſque dies, de præcepto ſervandos denuncient. Inter Miſſarum ſolemnia, Evangelii prædicatione, vel declaratione, aliiſque documentis, Populum ſibi creditum, paſcant, idque potiſſimùm faciant diebus ſolemnibus, in Quadrageſima, & Adventu, & Jejuniorum tempore, quotidie, vel ſaltèm tribus in Hebdomada diebus, agnoſcant Oves ſuas, &, ut eas nominatim vocare poſſint, ad præſcriptum Ritualis Romani habeant Libros, in quorum uno notent Baptizatos, [c] & in altero Confirmatos, in tertio Conjugatos, in quarto Mortuos,

[a] Cap. ſanè de celeb. Miſſ. Rit. Rom. de celeb. miſſ. in rub. § 2. B. Pet. Damian, lib. 1. Epiſt. 20. § Quod mihi. Conc. Lateran. 4. Anno 1215. can. 21.

[b] Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. Sac. Congr. Conc. in Hydrũtina 17. Feb. 1639. in Civit. Caſtellana 8. Auguſti 1548. in Rom. Congr. S. Suſannæ 17. Julii 1649. in Cluſina 5 Jul. 1670 & in Lucana 10. Maii 1681

[c] Cong. Epiſc in Caven. 3. Junii 1604.

& demùm in quinto ſtatum ſuæ Parochiæ.

Habeant præcipuè diſtinctam, ac diligentem notam, ſivè Inventarium omnium Bonorum mobilium, & immobilium, Jurium, & Actionum Eccleſiæ, cum oneribus, & obligationibus quibuſcumque, cujus copiam in noſtra Cancellaria relinquant, negligentes trium Aureorum pœna puniantur.

Studeant prætereà aliquos probatos Libros habere, nimirùm Concilium Tridentinum, Cathechiſmum Romanum, Rituale, itidem Romanum, Volumen aliquod Homiliarum, aliquam Summam magis probatam, Doctrinam Chriſtianam clar. mem. Cardinalis Belarmini, Sacrarumque Literarum Libros ſibi comparent, quos à Sacris Canonibus frequentèr legere admonentur; *a* ut docendi Officium, quod ſuſceperunt, fructuoſiùs, ac faciliùs exequantur; Synodales itèm iſtas Conſtitutiones omnes ſibi provideant pro ſua, ſuique Populi inſtitutione. Qui reperti fuerint negligentes, acritèr in Viſitatione punientur, arbitrio noſtro.

a Cap. ignorantia, cap. quæ ipſis, cap. ſi juſta diſt. 38. cap quæſiti ſunt 16 quæſt. 1. Conc. Catalaunẽ. an. 813. can. 19.

Muros Eccleſiæ, & ſarta Tecta, tàm ejus, quàm Domorum Parochialium cuſtodiant, Bonaque immobilia ſemper ad meliorem redigant culturam.

Dominica in Quinquageſima moneant Populum, ne ultima nocte diei Baccanalium, illicitis Commeſſationibus frangant Jejunium, ſed potiùs ſe præparent ad illud inchoandum cum devotione, ac humilitate.

Tempore Quadrageſimæ omnes Parochi conveniant diebus Dominicis, & Feſtivis ad canendum Veſperas in illa Eccleſia Pleberii, ubi habetur Concio, quæ ſi habeatur in pluribus Eccleſiis, ita diſtribuantur, ut in qualibet Eccleſia æqualis conveniat numerus, ſalva Plebaniarum prærogativa, ſi quam habent, cui derogare non intendimus. Quod autem de Veſperis canendis dictum eſt, etiam in omnibus Parochialium Feſtivitatibus ſervari mandamus, ſub pœna duorum Aureorum.

In illis Parochiis, in quibus ſunt erectæ Confraternitates Sanctiſſimi Sacramenti, vel Oratoria, Hoſpitalia,

talia, & ſimilia loca, quocumque nomine nuncupentur, curent Parochi, in quorum Parochia ſunt ſita, ut Confratres habeant Librum Capitulorum, à Nobis approbatum, & ſubſcriptum, & juxtà formam illorum Decretorum, ſe regant, & gubernent, oneribus ſatisfaciant, Bona ſtabilia, ſi quæ poſſident, fidelitèr adminiſtrent, & adminiſtrationis rationem annuatìm Nobis reddant.

Altaria in Eccleſiis Parochialibus, ſivè ex devotione, ſivè ex obbligatione erecta, curent, ut provideantur à Patronis de omnibus neceſſariis ad Sanctum Miſſæ Sacrificium, & conficiant particulare Inventarium omnium, & quorumcumque Bonorum, & Jurium, prout in actu Viſitationis injunximus.

Decimas exigant, juxta Parochiæ propriæ conſuetudinem, & ſtylum, [a] atque in iis exigendis eam adhibeant diligentiam, ut indemnitati Eccleſiarum conſulant, & Animarum ſaluti. Volumus autèm, & præcipimus, ſub pœna Excommunicationis, ut omnes integrè, & realitèr Decimas propriis Parochis ſolvant, juxta menſuram, & taxam hucuſque ſervatam, & juxta formam à Nobis taxatam in Appendice hujus noſtræ Synodi, tit. *de Decimis*, ad evitandas lites, quæ quotidiè oriuntur.

Decernimus autèm, Decimas ſolvi debere in frumento nitido, ac mercantili, ne eorum oblatio Deo facta, ſit illa Cain, non verò juſti Abel, aliàs Parochos procedere poſſe [b] per viam Mandati executivi.

Summorum Pontificum, Concilii Tridentini, & Synodales noſtras Sanctiones, ad morum diſciplinam, & correctionem pertinentes, diebus à Nobis præſcribendis, denuncient, ac declarent.

Ubi Pontificias, vel noſtras Literas, Decreta, Edicta, & ſimilia, quæ promulgari debeant, acceperint, ſtatìm promulgent, & traſmittant ad alios, hoc ordine, videlicèt. Prædictarum Literarum, ſeu Edictorum fiant per Cancellarios noſtros duæ Copiæ, quarum una tranſmittatur ad Parochum viciniorem in Mon-

[a] *Exod. c. 22. nu. 23. Levit. cap. 27. nu. 30. Numer. cap. 18 num. 29. Tob. cap. 1. num. 6. Malach. cap. 3. num. 9. & 10. c. Decimas 16. quaeſt. 1. c. Decimas 16. q. 7. c. Parochianos, c. ex trãſmiſſa, c. tua de Decim. Conc. Burdigalen. anno 1255. can 13. & 14. Ravvenatẽ. an 1286. Trident. ſeſſ. 25. cap. 12. de reform.*

[b] *Numer. c. 18. nu. 29. cap. omnes Decimæ 16. quaeſt. 7. cap quarit, cap. non eſt, cap. tua, cap in quibuſd. de Decim. Clemẽtin. 1. de Decim. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de reform.*

& demùm in quinto ſtatum ſuæ Parochiæ.

Habeant præcipuè diſtinctam, ac diligentem notam, ſivè Inventarium omnium Bonorum mobilium, & immobilium, Jurium, & Actionum Eccleſiæ, cum oneribus, & obligationibus quibuſcumque, cujus copiam in noſtra Cancellaria relinquant, negligentes trium Aureorum pœna puniantur.

Studeant præterea aliquos probatos Libros habere, nimirùm Concilium Tridentinum, Cathechiſmum Romanum, Rituale, itidem Romanum, Volumen aliquod Homiliarum, aliquam Summam magis probatam, Doctrinam Chriſtianam clar. mem. Cardinalis Belarmini, Sacrarumque Literarum Libros ſibi comparent, quos à Sacris Canonibus frequentèr legere admonentur; [a] ut docendi Officium, quod ſuſceperunt, fructuoſiùs, ac faciliùs exequantur; Synodales itèm iſtas Conſtitutiones omnes ſibi provideant pro ſua, ſuique Populi inſtitutione. Qui reperti fuerint negligentes, acritèr in Viſitatione punientur, arbitrio noſtro.

[a] *Cap. ignorantia, cap. quaſiſti, cap. ſi juſta diſt. 38. cap quæſiti ſunt 16 quæſt. 1. Conc. Catalaunẽ. an. 813. can. 19.*

Muros Eccleſiæ, & ſarta Tecta, tàm ejus, quàm Domorum Parochialium cuſtodiant, Bonaque immobilia ſemper ad meliorem redigant culturam.

Dominica in Quinquageſima moneant Populum, ne ultima nocte diei Baccanalium, illicitis Commeſſationibus frangant Jejunium, ſed potiùs ſe præparent ad illud inchoandum cum devotione, ac humilitate.

Tempore Quadrageſimæ omnes Parochi conveniant diebus Dominicis, & Feſtivis ad canendum Veſperas in illa Eccleſia Pleberii, ubi habetur Concio, quæ ſi habeatur in pluribus Eccleſiis, ita diſtribuantur, ut in qualibet Eccleſia æqualis conveniat numerus, ſalva Plebaniarum prærogativa, ſi quam habent, cui derogare non intendimus. Quod autem de Veſperis canendis dictum eſt, etiam in omnibus Parochialium Feſtivitatibus ſervari mandamus, ſub pœna duorum Aureorum.

In illis Parochiis, in quibus ſunt erectæ Confraternitates Sanctiſſimi Sacramenti, vel Oratoria, Hoſpitalia,

Digitized by Google

talia, & ſimilia loca, quocumque nomine nuncupentur, curent Parochi, in quorum Parochia ſunt ſita, ut Confratres habeant Librum Capitulorum, à Nobis approbatum, & ſubſcriptum, & juxtá formam illorum Decretorum, ſe regant, & gubernent, oneribus ſatisfaciant, Bona ſtabilia, ſi quæ poſſident, fidelitèr adminiſtrent, & adminiſtrationis rationem annuatìm Nobis reddant.

Altaria in Eccleſiis Parochialibus, ſivè ex devotione, ſivè ex obbligatione erecta, curent, ut provideantur à Patronis de omnibus neceſſariis ad Sanctum Miſſæ Sacrificium, & conficiant particulare Inventarium omnium, & quorumcumque Bonorum, & Jurium, prout in actu Viſitationis injunximus.

Decimas exigant, juxta Parochiæ propriæ conſuetudinem, & ſtylum, [a] atque in iis exigendis eam adhibeant diligentiam, ut indemnitati Eccleſiarum conſulant, & Animarum ſaluti. Volumus autèm, & præcipimus, ſub pœna Excommunicationis, ut omnes integrè, & realitèr Decimas propriis Parochis ſolvant, juxta menſuram, & taxam hucuſque ſervatam, & juxta formam à Nobis taxatam in Appendice hujus noſtræ Synodi, tit. *de Decimis*, ad evitandas lites, quæ quotidiè oriuntur.

Decernimus autèm, Decimas ſolvi debere in frumento nitido, ac mercantili, ne eorum oblatio Deo facta, ſit illa Cain, non verò juſti Abel, aliàs Parochos procedere poſſe [b] per viam Mandati executivi.

Summorum Pontificum, Concilii Tridentini, & Synodales noſtras Sanctiones, ad morum diſciplinam, & correctionem pertinentes, diebus à Nobis præſcribendis, denuncient, ac declarent.

Ubi Pontificias, vel noſtras Literas, Decreta, Edicta, & ſimilia, quæ promulgari debeant, acceperint, ſtatìm promulgent, & traſmittant ad alios, hoc ordine, videlicèt. Prædictarum Literarum, ſeu Edictorum fiant per Cancellarios noſtros duæ Copiæ, quarum una tranſmittatur ad Parochum viciniorem in

Mon-

[a] *Exod. c. 22. nu. 23. Leuit. cap. 27. nu. 30. Numer. cap. 18 num. 29. Tob. cap. 1. num. 6. Malach. cap. 3. num. 9. & 10. c. Decimas 16. quæſt. 1. c. Decimas 16. q. 7. c. Parochianos, c. ex trãſmiſſa, c. tua de Decim. Conc. Burdigalen. anno 1255. can 13. & 14. Ravvenatẽ. an 1286. Tridens. ſeſſ. 25. cap. 12. de reform.*

[b] *Numer. c. 18. nu. 29. cap. omnes Decimæ 16. quæſt. 7. cap quærit, cap. non eſt, cap. tua, cap in quibuſd. de Decim. Clementin. 1. de Decim. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de reform.*

Montanis, altera ad viciniorem in Plano, & Cluſio, quorum unuſquiſque tranſmittere teneatur ad Parochum viciniorem, cum tali ſubſcriptione. Ego N. N. tranſmiſi hac die ad Parochum N., & ſic faciet alter alteri, uſque ad ultimum; ultimus verò ad Civitatem, & ad Nos remittat, Deficientes graviſſimè puniantur.

Infirmos Parochiæ Parochi, etiam non requiſiti, omni diligentia, & charitate perquirant, [a] inventos ſæpiùs viſitent, ad Sacramenta ſuſcipienda hortentur, nec derelinquant, niſi ægritudine liberatos, vel morte extinctos; ſempèr promptos ſe exhibeant ad Sacras Confeſſiones audiendas, tàm in majoribus Anni Feſtivitatibus, quàm in Majori Hebdomada Sancta, & ſingulis Dominicis diebus, ut ſic Populi alliciantur ad frequentiores Confeſſiones, ne audiatur in poſterùm eorum querela, vix unquàm Parochum Sedi Confeſſionali aſſiſtere, eique ingratum eſſe munus, tàm proprium exequi.

[a] Conc. Man. neten. an. 899. can. 4.

Eorum Nomina, & Cognomina, qui in Paſchate non fuerint confeſſi, nequè Sanctiſſimam Euchariſtiam ſumpſerint, infra Octavam Corporis Chriſti, ſingulis annis, ad Valvas Eccleſiæ affigant; omneſq; & ſingulos, donèc Eccleſiæ præceptum adimpleverint, Interdictos declarent ab ingreſſu Eccleſiæ, quod facient ſingulis diebus Dominicis, inter Miſſarum Solemnia. Si maneant interdicti, & ſi ex hac vita migrare contigerit; Eccleſiatica Sepultura privati ſint, juxta Sacros Canones.

Parochi Rurales Miſſas ea hora celebrent, qua Populus frequentior convenire ſolet, rejecta quacumq; petentium importunitate.

Feſta ex devotione, vel obligatione, Mortuorum Officia, ſivè quid ſimile, à quocumque ſivè Clerico ſivè Laico, celebrari nolumus in qualibet Eccleſia Rurali, ſinè illius Plebani, vel Parochi licentia, in cujus Plebe, vel Parochia Eccleſia reperiatur.

Turtium, ſeu Campanilium Eccleſiarum præcipuè Parochialium, Januæ nulli pateant, ſed inquantùm fieri

fieri poteſt, claudantur, & ſonus Campanarum adhibeatur tantùm pro ſigno Divinorum Officiorum, ad Ave Maria in Aurora, in Meridie, & in Veſpere, & noctu ad Orationem pro Mortuis, & ubi adeſt conſuetudo laudabilis in Diœceſi, ſervetur, ubi non adeſt, introducatur, & in Eccleſia Parochiali S. Andreæ, & Monaſteriis Civitatis, ad orandum pro Agonizatibus, tertia hora noctis, in Hyeme, aliis verò Anni temporibus, juxta conſuetudinem, & ſic orantibus, concedimus quadraginta dies Indulgentiæ.

Sabato Sancto non pulſentur Campanæ ante ſignum Eccleſiæ Cathedralis, quod etiàm Regulares, ex Decreto Sacræ Congregationis ſervare tenentur. Inſuper & Parochi Rurales, reſpectu ſuæ [a] Plebaniæ.

Ad quæcumque munera Eccleſiaſtica obeunda Parochi, & reliqui Clerici omnes in Civitate, & Diœceſi convenientes, non niſi cum Superpelliceo, & Bireto, & Caputio, qui Caputii uſum habent, accedant, ſub pœna unius Aurei.

Volumus etiam, ſub pœna decem Aureorum præcipimus, ut quilibet Plebanus in ſuo Pleberio Magiſtrum Cæremoniarum conſtituat, qui juxta Rituale Romanum, Sacros Ritus, Officia, Funera, Miſſaſque decantandas diſponat.

Parochialium Eccleſiarum Rectores omninò caveant, ſe ingerere ſub quovis prætextu, & quæſito colore in tractandis, & concludendis Matrimoniis, ſub pœna ſcutorum decem pro quolibet, & pro qualibet vice, Locis piis, arbitrio noſtro, applicandorum.

Cum Eleemoſinæ, quæ pro celebratione Feſtivitatum in Societatibus noſtræ Diœceſis, & pro Suffragio Animarum Purgatorii, à piis, & devotis Viris ſuppeditantur, æquum non ſit in alios uſus erogari; ſtatuimus proindè perſolvi unicuique Sacerdoti, qui celebrabit in dictis Feſtivitatibus, & pro Suffragio dictarum Animarum, [b] Libram unam monetæ, & pro refectione cujuslibet Sacerdotis, permittimus expendi Solidos ſex, & Denarios octo, & Julium unum

[a] *Pignatell. conſult. 54. n. 3. tom. 5.*

[b] *Conc. Manneten. an. 899. can. 15.*

unum pro quolibet Officiale dictarum Societatum, & Animarum Purgatorii; ſi verò Sacerdotes noluerint refectionem, dentur eis Julii duo pro quolibet, nec ſub quovis prætextu admittantur alii Sęculares, ſub pœna arbitrii noſtri, & ſemper invitentur Sacerdotes Pleberii, & viciniores. Quæſtuatores verò dictarum Societatum, & Animarum Purgatorii, quolibet Menſe rationem reddant de Eleemoſinis receptis eorum proprio Parocho, ſub eiſdem pœnis.

Quolibet Menſe Plebani, cum omnibus Parochis proprii Pleberii Caſum Conſcientiæ, juxta DD. placita decidendum, in ſcriptis proponent in Conventibus, quos faciunt, eritque Plebani onus ad Nos ſemper remittere, ut in noſtra Viſitatione injunximus, ſub pœnis, arbitrio noſto, mens enim ea occaſione, non Corpus, eſt enutrienda.

Benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, Ovorum, Frugum, Fontis Baptiſmalis, Nuptiarum Mulierum poſt partum, delationem Sanctiſſimi Sacramenti, Aſperſiones Domorum in Sabato Sancto, & Populi diebus Dominicis, Celebrationes Miſſarum Feria V., & Sabato Sancto ad Parochos [a] privativè ſpectent. Itèm miniſtratio Sacramentorum, quam per ſe ipſos peragere debent, & ſi Adjutorem à Nobis, ex legitima cauſa, obtinuerint, ab hoc onere tamèn ſolutos ſe non eſſe ſciant, ſed adhùc arctiſſima Oves ſuas regendi, obligatione detineri.

[a] *Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 36. de reform. Sac. Congr. in una Tarentina 28. Feb. 1614. apud Niccolium in floſc. ver. cura nu. 5. & in una Fulginat. 31. Jan. 1581. apud eumd. ver. Candela nu 3. & ver. Parochus n. 36. Pignatell. cõſult. 54. n. 2. tom. 5.*

Inſupèr Parochi curent orthodoxam Doctrinam, incorruptoſque mores, in Plebibus, ſibi commiſſis, conſervare; vitia, ſcandala, abuſus, falſa Dogmata, Blaſfemias, Concubinatus, Uſuras, Sortilegia, injuſtas Bonorum Eccleſiæ detentiones, aliaque hujuſmodi omnino arcere, & ſi adhibito ſedulò ſtudio, ſe nihil proficere cognoverint, Nobis, vel Vicario noſtro denuncient, ut ſecundùm Canonicas Sanctiones providere poſſimus.

Orphanos, ac Pupillos, pro viribus, tueantur, Virginum, ac Viduarum, aliarumque miſerabilium Perſonarum, paternam curam gerant; diſcordias, diſſi-

diſſidia, cæteraſq; controverſias; *a* pro ſua prudentia, componat, & in odio erga Proximum perſiſtentes, Nobis, vel Vicario noſtro referant, ut contra eos, opportuno etiam Cenſurarum remedio, provideamus.

a Cap. Studedum, cap. placuit diſtin. 90. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de ref.

Superfluos Eccleſiæ redditus in pios uſus expendant, memores illorum non eſſe Dominos, ſed tantùm Adminiſtratores, ſibique eſſe commendatos; *b* & ex illis, non Conſanguineos ſuos, niſi fortè pauperes ſint, & in neceſſitate conſtituti, coadjuvent, nec in prophanos uſus profundere audeant, ſed quæ ipſorum congruæ ſubſtentationi ſuperſunt, in Pauperes, in Eccleſiæ Beneficium, vel alia pia Opera diſtribuant. In Eccleſiis, ac Altaribus cultum, Sacrorumqu Supellectilium nitorem *c* ſervare ſtudeant, & advertant, ne Sacra Suppellex uſu, ac vetuſtate detrita, & quæ ampliùs Sacris Miniſteriis nequit deſervire, in prophanos uſus convertatur.

b Cap. res Eccleſ. 2. q. 2. cap. Gloria 12. qu. 2. Côc. Nanneten. anno 899. can. 10.

c Cap. pulchra diſt. 86. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 7. de reform.

In Feſtivitatibus de præcepto, & Titularibus Parochiarum cujuſlibet Pleberii noſtræ Diœceſis, ſemper Parochus Eccleſiæ magis remotæ remaneat, & celebret in propria Eccleſia, ne Populi, illa die, Miſſam perdant, omneſque Parochi, Feſto præcedenti, inter Miſſarum Solemnia, denunciare Populo debeant futuram Feſtivitatem, & Parochum remanſurum, & horam circitèr, in qua celebrabit, ſub pœnis arbitrio noſtro.

Decreto Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. *de Reformatione*, obſequentes in Viſitationibus generalibus noſtræ Diœceſis, per Nos faciendis, ne ſimus Parochis graves; Refectionem propterea Nobis, Conviſitatoribus, Miniſtris, & Famulis noſtris faciendam, frugalem, & moderatam eſſe, præcipimus, & ſequenti modo taxamus, videlicèt, vulgaritèr loquendo.

Una Mineſtra, un' Alleſſo, un Stufato, un' Arroſto, due ſorti di Frutti, e Formaggio, & un' Antipaſto, quæ fercula non ſolùm Nobis, & Viſitatoribus noſtris ſufficere debent, verùm etiam & noſtris Miniſtris, & Famulis, ſub rigoroſa pœna arbitrii noſtri, contra

Inobedientes, omneſque Parochi noſtræ Diœceſis concurrere debent pro eorum rata, & portione, vel in pecunia, vel in commeſtibilibus, juxta redditus ſuorum Beneficiorum, ac juxta taxationem, à Nobis faciendam, ſivè à Vicario noſtro, & per octo dies ſe declarare debeant, an velint concurrere [a] in victualibus, ſivè in pecunia.

Singulis diebus Dominicis, ex antiquo Eccleſiæ ritu, Aquam Benedictàm renovare ne omittant.

Impudicarum Mulierum, & eorum, qui Peccatores notorii ſunt, Domos ne benedicant, Aſperſioneſque Domorum in Hebdomada Majori fieri ſolitæ, ad Parochos tantùm ſpectent, & hoc [b] Regularibus expreſsè prohibetur.

[a] Conc. Catalaunen. an. 813. can. 14. Lateran. ann. 1179. can. 4. Conc. Nannet. ann. 1264. & Trid. ſeſ. 24. ca, 3. de refor. cap. dictum eſt diſt. 94.

[b] Sac. Congr. in Bononien. 4. Julii 1620.

CAP. XXVI.

De Proceſſionibus.

C*Ircumducatur Arca Dei Iſrael*, conſuluerunt omnes Satrapæ Phyliſtinorum, *quoniam dura erat manus ejus* [c] *ſuper illos, & ſuper Dagon Deum ſuum*; nec tamèn profuit eis hujuſmodi Arcæ Proceſſio, quia non ex Religioſitate procedebat, & Veneratione, ſed tantùm ex timore mortis; ideòq; *illis circumducentibus eam, fiebat manus Domini ſuper ſingulas Civitates interfectionis magnæ nimìs. Fiebat enim pavor mortis in ſingulis Vrbibus, & graviſſima valdè manus Dei.* Gratiæ autèm immortales Altiſſimo Domino, quòd Eccleſia à Spiritu Sancto edocta ſolemnem ſupplicationem Litaniarum, atque Proceſſionum uſum, ab ipſo ſuo Exordio, amplexa eſt cum ſumma utilitate, in neceſſitatibus, tùm publicis, tùm privatis, ut doctiſſimè refert noſter Cardinalis Baronius, recolendæ memoriæ, [d] cumulando Auctoritates, tàm S. Baſilii Magni reſpectu Eccleſiæ Orientalis, quàm Tertulliani, S. Hieronymi, S. Auguſtini, & S. Sydonii Apollinaris, in Eccleſia occidentali. Ne

[c] 1. Reg. cap. 5. n. 8. 9. 13.

[d] Card. Baron. in notis ad Martyrolog. Rom. 25. Apr. nec non in Annalibus Ecceleſ. an. 58. n. 113.

Digitized by Google

Ne igitùr tàm probatus, & optimus colendi, & placandi, nec non exorandi Deum mos negligatur in hac noſtra Diœceſi, quinimò ea, qua decet modeſtia, &ordine, tàm à Clero, quàm à Populo Nobis commiſſo peragatur; ſtatuimus, ut Clerici omnes Sæculares, & Regulares, & exempti etiam Monaci, illis exceptis, qui in ſtrictiori Clauſura perpetuò vivunt [a] ſub pœna librarum ſeptem, noſtræ Sacriſtiæ pro medietate, & pro alia medietate Sacriſtæ applicandarum, accedere teneantur, ſivè à Nobis pro publico bono, indicentur, ſivè ſint publicæ, & conſuetæ, ut in Feſto Corporis Chriſti, in Litaniis Majoribus, in Rogationibus, in Jubileis, & ſimilibus, ſivè ſint ſolitæ, utque ex Populi devotione in Civitate, in honorem Sanctorum ſunt introductæ, quas omnes Edicto ſuper hoc edito adnotari curavimus in fine hujus Synodi.

[a] *Conc. Trid. ſeſ. 25. cap. 23. ne Regularib. Congr. Conc. in Interamnē. 18. Apr. 1663*

Et quoniàm ex Decreto Sac. Congregationis remittitur arbitrio Ordinarii, ut ſtatuat, quæ Proceſſiones ſint faciendæ, quomodo, [b] per quas vias, & ad quas Eccleſias; ſtatuimus, & ordinamus, ut novæ Proceſſiones à nemine inſtituantur, quacumque ex cauſa, niſi de licentia noſtra, vel Vicarii noſtri.

[b] *Pignattel. conſul.. 8. nu. 5. tom. 1.*

In Proceſſione ſolemni Corporis Chriſti, omnes, ſivè Clerici, ſivè in Sacris conſtituti, ſivè etiam Sacerdotes, qui à Nobis, vel Vicario noſtro licentiam non habuerint, accedere teneantur, ſi non poſſunt cum Intortitiis albæ Ceræ, ſaltèm cum Candela ſimili, ſi pauperes ſint, ſub pœna librarum ſeptem, modo, quo ſupra applicandarum, neque liceat Flores ſupra Baldachinum, vel ante eum proiicere; mandantes omnibus Parochis, ut hanc noſtram voluntatem Ovibus ſibi commiſſis patefaciant, cum revera nimis incongruum ſit.

E Fæneſtris Domorum hanc Proceſſionem ſpectare non decet, etiam nobiles Matronas, ſed potiùs ad Portam Domus unaquæque deſcedat, ubi genuflexa, & humilis Sanctiſſimum Sacramentum reverentèr adoret, quod etiam hominibus multò magis covenit obſervare.

In Proceſſionibus Corporis Chriſti, à Societate Boni Jeſus fieri ſolitis, in quibus interveniunt Canoci noſtræ Cathedralis, ſimilitèr ejuſdem Cathedralis Cappellani accedere teneantur, quamvìs nihil eleemoſinæ lucrentur, ſub pœna ſolitæ punctaturæ, ſi abeſſent à Choro, & aliis, arbitrio noſtro.

Quando proceſſionalitèr erit incedendum, ſtatuto die, & hora, omnes ad Cathedralem Eccleſiam accedant, ubi admoniti de diſceſſu, ante Altare Majus bini ſe ſiſtent, & facta reverentia, iter incipiant, Hymnos, Litanias, & Pſalmos de more cantantes, ea, qua decet modeſtia, & gravitate: *Ubi enim metus in Deum*, monet Tertullianus, [a] *ibi gravitas honeſta, & Proceſſio modeſta*, & ad eamdem Eccleſiam revertentur, ſub eadem pœna, ac ſi toti Proceſſioni non interfuiſſent.

[a] Tertull. de præſcript. c. 43.

In omnibus Proceſſionibus pro tempore habendis id ſervetur, quod à noſtris Prædeceſſoribus ſancitum eſt, ac in Rituali Romano eſt expreſſum, ut cum Proceſſio ad aliquam Eccleſiam dirigitur, & ad illam pervenerit terminatis Litaniis, Verſiculis, & Oratione in honorem illius Sancti Eccleſiæ Patroni, iiſque finitis, Litaniæ reaſſumantur, & Proceſſio ſuo ordine continuetur.

Canonici, Parochi, cæterique omnes, qui Proceſſionibus debent intereſſe, niſi cum præſcripto habitu intervenerint, ultra pœnas in publicis Edictis proponi ſolitas, frumenti, etiam Sextario, Sacriſtiæ applicando, eo ipſo puniti intelligantur; mandantes Punctatori, ut eos, qui defecerint, diligentèr, & fidelitèr notet, atque in Libro Punctaturarum deſcribat, quod ſi & ipſe in hoc negligens fuerit; eadem pœna, ſeu aliis arbitrariis puniatur.

Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ad aliquam Eccleſiam, tàm Sæcularium, quàm Regularium proceſſionalitèr accedens, dignè, & honorificè recipiatur.

Populus alicujus Eccleſiæ Ruralis non audeat incedere proceſſionalitèr, niſi preſente proprio Parocho, & co-

& comitante cum Superpelliceo, & Stola.

Nullus Ruralis Sacerdos in Proceſſionibus Rogationum ad Civitatem accedat, ſed in propria Parochia cum Populo, ſibi commiſſo ſupplicationes habeat in die Aſcenſionis Domini.

In die Corporis Chriſti Parochi Rurales, antequàm ad Proceſſionem Civitatis accedant, Miſſam in propria Parochia celebrare teneantur, uno tantùm remanente in quolibet Pleberio pro ejuſdem neceſſitatatibus occurrentibus, ordine præſcripto, & quatenùs opus ſit, præſcribendo.

Confraternitatum Laicorum quarumcumque Vexilla, ſeu Crucifixi per vias non ferantur, niſi ferentes ſaltèm ſex ex Confratibus, habitu Confraternitatis induti, ſocientur, & horum duo ad minus cum Intortitiis. Prohibemus inſuper eiſdem Confraternitatibus ad Proceiſiones accedere, & in illis procedere, niſi à principio in Eccleſia Cathedrali omnes convenerint, & ordine præſcripto inde diſceſſerint.

Et quia ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis, nedùm Laicis, ſed etiam Clericis aliarum Eccleſiarum prohibetur, ne incedant, vel ſedeant permixti Clero Eccleſiæ Cathedralis, ne ſcilicèt Clerus ipſe dividatur, ſed totus ſimul, & in loco digniori incedat: ideò Laicis, & particularibus Perſonis dictarum Confraternitatum, & ſpecialitèr illis Boni Jeſus, ſub pœnis, arbitrio, prohibemus.

Permittimus tamèn prædictæ Confraternitati in Proceſſionibus Corporis Chriſti, ut Baldachinum cum Intortitiis, & Luminaribus circumeat, & ſi quando loci anguſtia id non permittat, à latere Canonicorum, propè Muros Viarum, diſcreti tamèn, & ſeparati ab illis, & nullo modo intermixti incedant.

Ad ſedandas Controverſias, quæ maximo cum ſcandalo oriri ſolent inter Eccleſiaſticos, tàm Sæculares, quàm Regulares, tùm in Proceſſionibus publicis, tùm in iis, quæ fiunt in tumulandis Defunctis, cum ex Decreto Sac. Concilii Trid. a ad Epiſcopos ſpectet eas componere; Præcipimus, & mandamus, ut in

a *Conc. Trid. ſeſ. 25. c. 13. de Regularib. Sperell. deciſ. 179. n. 6. to. 2.*

ut in Caſibus pro tempore occurrentibus, ſtatim omnes acquieſcant ad noſtra, ſeu Vicarii noſtri dicta, & nutus, omni contradictione remota, certique ſint, quod totum id fiet ſine ullius præjudicio, & controverſiam, cauſamque totam, mox cognoſcemus, ac terminabimus abſque ſtrepitu, & figura Judicii.

Regularibus non liceat, abſque noſtra, ſeu Vicarii noſtri licentia, extra ſuæ Eccleſiæ ambitum facere Proceſſiones, niſi ſpeciali Privilegio eis reperiatur indultum; [a] ſed illas intra Clauſtra, aut, eis non exiſtentibus prope muros Eccleſiæ, aut per ipſam Eccleſiam, ab una porta exeundo, & per aliam intrando, dirigere tantùm valeant.

a Sac. Cong. Rit. 16. Febr. 1628.

In Proceſſionum tranſitu, Sclopi, ſeu alia id generis tormenta non explodantur, niſi tranſacta penitùs Proceſſione; [b] vel adeò longè ab ea, ut mentis diſtractio, & omne prorsùs periculum offenſionis evitetur omninò.

b Sac. Conc. Epiſc. 2. Julii 1603. Cōc. Provinc. Mediol. 4.

Et quoniàm Fideles omnes; [c] *ſobriè, & juſtè, & piè vivere oportet, in hoc Sæculo*, ad monitum Apoſtoli, atque in neceſſitatibus ſuis perjejunia, fletum, & plantum Dominum deprecari. [d] Hortamur in Domino, ut omnes Clerici, tam in minoribus, quàm in majoribus Ordinum gradibus conſtituti, talarem Veſtem, mundo Superpellicio amicti cum Bireto, abſque Pileo tamen, Palliove, niſi pluvia, aut Ventorum vis, Aeriſue intemperies alitèr permittendum ſuaſerit, Proceſſionibus interſint, proùt etiam Chyrothecas, aut Flores in manibus geſtare, omninò prohibemus.

c Ad Tit. c. 2. num. 12.

d Joel cap. 2 num. 12.

Nemo Habitu Confraternitatum indutus ullo pacto ingrediatur Tabernas, Cellas Vinarias, & Cauponas.

Collegiata S. M. N. in Proceſſionibus non audeat in poſtérùm propriam Crucem erigere, ſed teneatur incedere ſub Cruce Cathedralis Eccleſiæ, juxta Decreta Sac. Rituum Congr. emanata in Cortonen. 5. Octobris 1697. & 31. Maii 1698.

CA-

CAP. XXVII.

De Exequiis, & Funeribus.

Religioſum valdè eſt, Fidelium Corpora Defunctorum, quodam veluti ſopore correpta diem reſurrectionis expectatura, Sepulturæ committere, & *pietas iſta*, ut verbis utar Auguſtini; [a] *ac miſeratio in humanis Rectoribus ſingularitèr inſita*, quàm Deo grata ſit, quantiſve ab eo Beneficiis cumuletur, ex Thobiæ, Jonathæ, Simonis, aliorumve Sanctorum exemplis abundè clareſcit. Hinc Eccleſiaſticus monet: *Fili in* [b] *Mortuum produc lacrymas, & ſecundùm judicium contege Corpus illius*; & S. Gregorius ſubdit [c] *Prodeſt enim Mortuis, ſi in Eccleſia ſepelliantur, quia eorum Proximi, quoties ad eadem Sacra loca conveniunt, ſuorum, quorum ſepulchra conſpiciunt, recordantur, & pro eis preces Domino fundunt*, & S. Auguſtinus proſequitur. [d] *Ut dum recolunt, ubi ſunt poſita, eorum, quos diligunt, Corpora, eiſdem Sanctis, illos tamquàm Patronis ſuſceptis, apud Dominum adjuvandos, orando commendent*. Piè igitùr, ſtudioſè, ac impigrè omnibus omninò Mortalibus hac vita perfunctis, hic funeris honos impendendus eſt, & ſolùm illi ſunt excludendi, quibus, in ſcelerum vindictam, aliorumque timorem, Sacri Canones, ac Pontificiæ Sanctiones Eccleſiaſticam Sepulturam interdicunt.

[a] *S. Auguſt. ſer. 1. de conſolat. Mortuor.*

[b] *Eccleſiaſtici cap. 38. n. 16*

[c] *S. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 50.*

[d] *S. Auguſt. de Cura pro Mort. agen. c. 4. in princ.*

Patrinis igitùr Plebanis, cæteriſque Parochis omnibus, in quorum Parochia Defunctus exiſtit, non liceat pro arbitrio numerum Sacerdotum, ſeu Clericorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium, ad Funus vocandorum præſcribere, ſed totum in Defunctorum Hæredis, ſeu aliorum, ad quos ſpectat, arbitrio relinquatur. Poſſit tamen Parochus pro conſtituto ſibi numero vocandorum, illos invitare, quos ex debito [e] ſuæ Eccleſiæ tenetur.

[e] *Conc. Provinc. Mediol. 4. apud. Gavant. verbo Exequiitur n. 7.*

Abſque Parocho, vel ſine ejus licentia, Cadavera ad Ec-

ad Eccleſiam non deferantur, & contravenientes pœnis graviſſimis obnoxios declaramus.

Clerici, tàm Sæculares, quàm Regulares, ad Funus aſſociandum invitati, in Parochialem Eccleſiam, intra cujus limites Defunctus exiſtit, congruo tempore, & hora aſſignata conveniant, & præſente ſemper Parocho, qui cæteris præcedat, & ſolus Stolam deferat, etiam ſi plures alii Parochi vocati fuerint, decenti habitu induti, [a] & bini ordinatìm procedant, pſallentes de more, nullusque ab Eccleſia, ubi Cadaver humandum erit, diſcedat, niſi Officio expleto. Qui ſecùs fecerit, oblatæ ſibi Ceræ, & Eleemoſinæ quantitatem amittat, & noſtro arbitrio puniatur.

Ut in poſterùm, quantùm fieri poteſt, controverſias omnes tollamus, quæ in diſtribuenda Cera, oriri poſſent, ex Viſitatione Apoſtolica, & ex nobilibus Viris fide dignis, proprium modum in Appendice hujus noſtræ Synodi præſcribemus, omninò ſervandum. Ut autèm omnia quietè, pacificè, & ſine ſcandalo, ſed potiùs cum maxima devotione peragantur, hortamur omnes, qui onus diſtribuendi Ceram in Funeribus, & Exequiis ex charitate ſuſcipiunt, ut antequàm Clerici, & Sacerdotes Eccleſiam ingrediantur, diſtributionem prædictam faciant, non autèm faciendam reſervent in dictis Eccleſiis, ne incurratur cenſura Auguſtini, dicentis. *Curatio [b] Funerum conditio Sepulturæ, pompa Exequiarum, magìs Vivorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidio Mortuorum.*

Capitulo, & Canonicis Ceræ, & Eleemoſinæ diſtributio non fiat, ſed totum Sacriſtæ conſignetur, qui poſtea ſingulis pro rata diſtribuat.

Clericorum verò, & Sacerdotum nullus audeat, vel præſumat in Eccleſia, tempore Exequiarum, aliquid importunè petere, [c] quod ſi contingat, aliquem debito fraudari, ille modeſtè ad eos, ad quos diſtribuere ſpectat, vel ad Nos recurſum habeat, Juſtitiæ complementum recepturus; inquit enim Magnus Gregorius: *Si quandò [d] aliquem in Eccleſia veſtra ſepelliri conceditis, ſi Parentes ipſius, Proximique, Hæredes pro lumina-*

a Sac. Cong. Conc. 16. Jan. 1649.

b S. Aug. de cura pro Mort. agen. c. 2. circa fin. & lib. 1. de Civit. Dei cap. 11. & 13 S. Jo. Chryſoſt. hom. 85. in cap. 2. Matth.

c Cap. Abolēde de ſepult. c. Apoſtolicam de Simon.

d S. Greg. lib. 7. Epiſt. 55. ad Januarium.

minaribus ſpontè quid offerre voluerint, accipi non vetamus, peti verò, aut aliquid exigi, omninò prohibemus.

Veſtes, Indumenta, & Ornamenta Cadaveris nullus Parochus ſibi retineat, nec pro eis ab Hæredibus Defuncti aliquid poſtulare præſumat, ſed ea integra, ſine mora, & gratis reſtituat, niſi ſint Clericorum, circa quæ Conſtitutionem B. Pii V. reliquorumque Pontificum Decreta ſervari mandamus.

Poſt obitum Epiſcopi, Capitulum, Officium unum pro illius Anima quamprimùm celebret, in quo interſint omnes Dignitates, Canonici, Cappellani Eccleſiæ, Sacerdotes, & Clerici Civitatis.

Omnes verò, & ſinguli Sacerdotes tres Miſſas Defunctorum celebrent, cum propria Oratione Epiſcopi prædefuncti, [a] & interim rogent Deum Omnipotentem, ut eis provideatur de optimo Antiſtite, & de tali, qui in ſucceſſionem, & Apoſtolorum munus adſcitus, eorum Animas in viam dirigat [b] ſalutis æternæ.

Decedente autèm in poſterùm aliquo ex Sacerdotibus noſtræ Diœceſis, ſi Defunctus fuerit Vicarius noſter Generalis, & obierit in Officio, cæteri, qui ſupervixerint celebrent pro Suffragio Animæ illius, duas Miſſas; ſi autèm fuerit ſimplex Sacerdos, una tantùm Miſſa celebretur, & unuſquiſque, utroque caſu, celebrare teneatur, & ſecuta morte Epiſcopi, & Vicarii, aut cujuslibet ſimplicis Sacerdotis, teneatur Sacriſta noſtræ Cathedralis, Superſtites omnes generalitèr monere, ut ſatisfaciant ſupradictæ obligationi, per Schedulam in Sacriſtia ſtatìm affigendam.

Capitulum etiam, ſingulis Annis, poſt commemorationem omnium Fidelium Defunctorum, prima die non impedita, ſacrum Anniverſarium pro Epiſcopo, & Canonicis prædefunctis, ſicutì etiàm Cappellani pro Cappellanis celebrare teneantur.

Multùm Dignitati Eccleſiæ noſtræ Cathedralis convenire videtur, ut Canonici ad Funera Defunctorum vocati, non in una, vel altera Claſſe, ſed omnes,

[a] *Cap. cum Terra 13. de Electione. Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 38. Cōc. Provinc. Mediol. 4. tit. de funer. Cōc. Bavaric. an. 772.*

[b] *Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 38 Conc. Trid. ſeſ. 24. c. 1. de ref.*

nes, ſimùl cum Cappellanis procedant, totum Capitulum repræſentantibus, quare ità in poſterùm fieri volumus, & mandamus.

Plebani, cæterique Parochi noſtræ Diœceſis, Funera, & Officia Mortuorum celebraturi, primò ſui Pleberii Sacerdotes, deindè alios Pleberii vicinioris, juxtà antiquam inter eos ſervatam conſuetudinem, invitare teneantur, quod & in aliis Feſtivitatibus ſervari mandamus. Si verò invitati adire nequiverint, vel noluerint, de hoc ipſo tempeſtivè admoneant, ut alii vocentur.

Campanarum ſonus in Exequiis, & Funeribus inſtitutus, ut Fideles pro Defunctis Deum præcentur, ad inanem Mundi pompam, longa, & moleſta pulſatione non traducatur; ſed ad ſummùm per quadrantem horæ. Si aliquis in Magiſtratu, vel Dignitate deceſſerit, Campanæ pulſentur, & breviori tempore in obitu cęterorum; in Funere verò Parvulorum, Campanæ, ad præſcriptum Rit. Rom. [a] non ſono lugubri, ſed potiùs feſtivo pulſandæ erunt.

a Rit. Rom. de Exeq. Parvul.

b Eccleſiaſt. cap.7.num.37.

Et quoniàm ſcriptum eſt: [b] *Mortuo non prohibeas gratiam*; hinc Pauperum, & miſerabilium perſonarum Corpora, quibus parùm, aut nihil ſupereſt, cum Cruce, & duobus ſaltèm luminibus, Parochi, propriis impenſis, ſepeliant, ut enim inquit Lactantius Firmianus: [c] *Ultimum, & maximum Pietatis Officium eſt Pauperum Sepultura*, ſub pœna quinque Aureorum, & ſicùt pactiones, & importunas Clericorum exactiones damnamus, ità laudabiles conſuetudines in Exequiis, & Funeribus ſervari mandamus.

c Lactan. Firmian. lib.6.de Divin. Inſtitut c.12. Cōc. Nannet. anno 889. can.6. Cōc. Lateran. 3. anno 1179. can.7.

In Eccleſiis, ubi non ſunt Sepulturæ, Pavimentum ad Cadavera ſepellienda non effodiatur, ſed quamprimùm conſtruantur Sepulturæ, & Cœmeteria, ſub pœna, ad noſtrum arbitrium, imponenda, nec ſuper, ſed ſubtus Terram, & omninò extra Altaria fiant Sepulturæ, & Cadavera tumulentur.

Parochialium Eccleſiarum Cæmeteria habeantur munda, & clauſa, ne Animalibus pateant, & Arbores, ſi quæ ſint, incidantur, prout Vepres, & Arbuſta,

buſta, & Crux in ſignum Sacri Loci erigatur, altitudinis ſaltèm cubitorum quinque, & prædicta non ſervantibus, pœnam quinque Aureorum imponimus.

Morte ſubitanea, ac improviſa extincti, non priùs ſepeliantur, quàm ſpatio viginti quatuor horarum tranſacto; in reliquis duodecim horarum ſpatium ſufficere, declaramus, præſertim ſi morbi diuturnitas, fœtor, & mortis genus id ſuadeant.

Piè, & cum ſignis pœnitentiæ decedentibus, Parochi non denegent, aut retardent Sepulturam, eo quòd aliqua ſibi perſolvi prætendant. *Grave enim nimis eſt*, inquit S.Gregorius, [a] *& procùl nimìs eſt à Sacerdotis officio alienum pretium de Terra conceſſa putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium.*

Diebus Dominicis, & Feſtis Officium pro Defunctis non peragatur, niſi ſit neceſſe Cadaver ſepeliri.

Summo Pontifice, vel Epiſcopo defuncto, omnes Civitatis, & Diœceſis Campanæ pulſentur, more ſolito; Canonico verò aliquo, ſeu in Sacris conſtituto, defuncto, ſtatìm Sacriſta illius Eccleſiæ, in qua erit Defunctus tumulandus, ſolitum det ſignum pro Defunctis cum Campana, ut eo audito, omnes orent pro ipſo, quod totiès ſervari mandamus, quotiès in principio ſonus Campanarum, antè tumulationem erit adhibendus.

a S.Greg. lib. 7. Epiſt. 55. ad Januar. Sacr. Congr. Conc. 15 Maii 1638. penès Niccol. in floſc. verbo Sepultura.

Cum de jure Parochi, ſeù Curati, etiam Rurales in Eccleſiaſticis Functionibus præcedant Cappellanis, quantumvìs Cathedralis, quod de jure ſtatutum reperitur, [b] Nos quoque omninò ſervari mandamus, & propterea, Rectores Parochialium, etiam Ruralium, præcedere debere in dictis Functionibus Cappellanis etiam noſtræ Cathedralis, prout decrevimus die 13. Novembris 1697., & ſic obſervari præcipimus.

b Bordon. de præced. n. 507.

Cadavera Infantium, qui ſine Baptiſmo moriuntur, propè Eccleſiam, ſed in loco non Sacro, ad id ſpecialitèr conſtituto, tumulentur; [c] Fœtus tamèn in ventre Matris exiſtens, tanquàm Viſcerum ejus pars, cum Matre ſepeliatur.

c Cong. Epiſc. in Vicen. 18. Martii 1602. & in Caſſanẽ. 5. Maii 1617.

Meminerint prætereà Parochi ad præſcriptum Ritualis Romani, quoſcumque ſuæ Parochiæ Defunctos, ſivè in propria, ſivè in aliena Eccleſia tumulatos, in Librum ad id compactum, diligentèr referre, iiſdemque cautelis, utique adhibitis, & ſub eiſdem pœnis, quas pro deſcribendis Baptizatis, & Matrimoniis, ſuo loco, alibi præſcripſimus.

Libera omninò ſit electio Sepulturæ, & qui directè, vel indirectè eligentem coarctat, pœnas à Sacris Canonibus ſtatutas, minimè evadet: [a] præterquàm in Monialium Eccleſiis, & in Oratoriis Confraternitatum.

Funera de die educantur, nec Cadavera Sepulturę tradantur ante Solis Ortum, aut poſt ejus Occaſum, niſi alitèr permittatur à noſtra, [b] vel Vicarii noſtri licentia.

Infideles omnes, eorumque Receptores, & Fautores, [c] publicè Excommunicati, & Denunciati, notorii Clericorum Percuſſores, Interdicti, dum viverent, ab ingreſſu Eccleſiæ; Mortui in Duello, Uſurarii manifeſti, niſi reſtituerint, decedentes ſine Baptiſmo, ſe ipſos, ex induſtria occidentes, in peccato publico, & manifeſto, nullo dato Contritionis ſigno, ex hac vita Migrantes, & alii hujuſmodi, ſub pœnis à Sacris Canonibus indictis, Eccleſiaſtica careant Sepultura, & ſi contigerit aliquem ex prædictis in loco Sacro ſepeliri, exhumandus erit, & in prophanum locum proiciendus, & Parochus, ſi Sepulturæ conſenſerit, gravitèr à Nobis punietur. Qui verò inopinatè occumbunt, niſi clarè conſtet, fuiſſe publicos Peccatores, vel Impœnitentes, [d] non priventur Sepultura Eccleſiaſtica.

Interfectorum Corpora non inferantur in Eccleſiam, niſi priùs per noſtram, vel laicalem Curiam inſpecta fuerint, cum jam ſepulta, vel in Eccleſia delata fuerint, ampliùs recognoſci, non permittemus.

Licèt Defunctus tumulandus ſit in Eccleſia Regularium, ad ejus Parochum ſpectat declarare viam, per quam deferendus eſt, ac Sacerdotes eligere pro obeun-

[a] *Cap. Animarum periculis de Sepult. in 6. c. cupientes, § ſanè, Clemētin. de pœnis.*

[b] *Sac. Congr. Conc. in Solut. 10. Jan. 1637.*

[c] *Cap. Sacriſ. c. Paſtorali de Sepult. Cōc. Later. 3. an. 1179 tit. de Excom. can. 5. cap. 15. de ſent. Excom. in 6. cap. quia in omnibus de Hæretic. c. Placuit 23. quæſt. 5. cap. final. de Sepult.*

[d] *Clementina de Sepultur. c. 1*

Digitized by Google

obeundis Funeribus, ſi ab Hæredibus electi non fuerint, ad eumque, & non ad Regulares pertinet benedicere Corpus, Funus ducere, & proſequi, omnia alia Officia in Domo, & per viam præſtare, perindè, ac ſi in propria Parochia Functio perſolvenda foret; poſtquàm verò Cadaver ad Eccleſias Regularium perductum fuerit, cæteræ functiones, Pſalmi, aliæque Preces ab ipſis Regularibus perſolvantur.

Regulares cujuſcumque Ordinis ſint, ad Eccleſias proprias Cadavera ſepelienda, deferre nequeant, non vocato priùs, & expectato Parocho Defuncti, a niſi alitèr idem Parochus permiſerit, aut accedere, ſeu adeſſe recuſaverit.

a Sac. Cong. Conc. in Thelesina 10. Aug. 1629. & in Caſtellaneten. 3. Jan. 1594. & in Aretin. 15. Martii 1664. & confirmata de anno 1696. & in Æſina 31 Julii 1667. & in Aquapend. 10. Dec. 1667.

ORDINE

ORDINE

Da oſſervarſi nel diſtribuire la Cera ne' Funerali.

PEl Catafalco è ſolito darſi lib. una di Cera, ma quando però ſi è patteggiato, non ſi dà nulla, perchè pare giuſto, che debba ſodisfare il Superiore della Chieſa, nella quale ſi eſpone il Defonto, mentre alla medeſima reſta tutta la Cera, che ſi accende per tal' effetto.

PER LE FRATERIE.

Per ſonare lib. una di Cera. Per la Sagreſtia lib. una di Cera. All'Eddomadario, che fà l'Eſequie col Piviale, una Faco la di onc. tre, ed una crazia. Alli Priori, e Guardiani, onc. cinque Cera, e due crazie. Alli Padri Sacerdoti, onc. tre Cera, ed una crazia. Alli Chierici, Profeſſi, e Novizj, e Laici, onc. due Cera, ed una crazia.

PER LE COMPAGNIE DE' LAICI.

Al Cappellano, onc. tre Cera, ed una crazia. Al Priore della Compagnia, onc. tre Cera, ed alli Fratelli onc. una Cera per ciaſcheduno, ed a quelli, che portano le Torce intorno alla Bara, onc. due Cera per ciaſcheduno, oltre la detta Torcia.

PEL CLERO.

Per ſonare, lib. una Cera, nè ſi ſuoni più di un quarto di ora per volta, ed un poco quando ſi porta il Cadavere a ſepelire, e queſto medeſimo ordine oſſervisi ancora da' Regolari, ſotto le pene del noſtro arbitrio.

Li Chierici abbiano per invitare onc. ſedici Cera tanto quando s' invita il Capitolo della Catedrale quanto quello della Colleggiata inſieme colle Frate-

rie

rie, e Compagnie, e nulla di più, e quando non interviene il Capitolo, ma ſolo li Capellani, Compagnie, e Fraterie, libre una di Cera: e quando non intervengono nè Compagnie, nè Fraterie, ma ſolo li Capellani, ò altri Preti, oncc ſei Cera.

Li Curati once ſedici, tanto ſe l'uno ſolo, come ſe ſono due, come quelli del Duomo.

Alli medeſimi once cinque Cera, e due crazie, ed una crazia à quello, che fà da Eddomadario.

Alli medeſimi per aſſiſtere al Cadavere eſpoſto in Chieſa, lire due à quello, che aſſiſte ſolamente.

Alli Capellani once tre Cera, & una crazia, dichiarandoſi, che per li Capellani aſſenti non ſi poſſa pretendere veruna quantità di Cera ſotto pena di perdere anche la propria avuta à chi la domandaſſe per l'aſſente.

Alli Chierici per portare Croce, Sponga, Torribolo, e Torce, once due Cera, & una crazia per ciaſcheduna delle ſuddette coſe.

Alli Maeſtro di Cerimonie, e Maeſtro di Capella, eſſendovi li Signori, Dignità, e Canonici, once ſei Cera, e due crazie per ciaſcheduno, e non eſſendovi detti Signori, once tre Cera, ed una crazia per ciaſcheduno.

Al Sagreſtano quando il Defonto è in Chieſa ſua, once cinque Cera, e due crazie; e non eſſendo nella di lui Chieſa, once tre Cera, ed una crazia.

Al medeſimo per aſſiſtere alla Sagreſtia, lire due, quando egli paga le Meſſe, e fà altre fatighe, ma mandandoviſi altro Prete, non ſi gli deva coſa alcuna.

A' Chierici per ſervire le Meſſe, ſi dia crazie quattro per ciaſcheduno.

Alli Chierici per aſſiſtere la notte al Defonto, ſi dia un Giulio, e la ſolita corteſia del Vino, Pane, ed altro ad arbitrio degli Eredi.

CAP.

CAP. XXVIII.

De Sacriſta Cathedralis Eccleſiæ, & ejus Officio.

SAcriſtæ officium in hac noſtra Cathedrali Eccleſia exercetur per Capellanum, cui, loco mercedis, & Salarii, ultrà Officiaturam, aſſignatur medietas omnium, & ſingularum Punctaturarum cum aliis honoribus, emolumentis, & oneribus ſolitis, & conſuetis.

Hic electus in Sacriſtam, antequàm Sacriſtiæ Curam ſuſcipiat, diligentiſſimum conficiat Inventarium omnium, & quorumcumque Mobilium ad eam quomodolibet pertinentium, & pro eiſdem benè cuſtodiendis, & conſervandis, idoneum Fidejuſſorem præſtare tenetur cum juramento de fidelitèr adminiſtrando omnia ad eam ſpectantia.

Curet propterea, ut in Sacriſtia ſemper, & ab omnibus ſilentium ſervetur, teſte enim B. Alberto Magno. *Silentium* [a] *cor diſtractum componit. Conſcientiæ ſerenitatem inducit, & ad recipiendam Gratiam Divinam habilem mentem facit*, neque permittat in ea vana colloquia, maximè alta voce, ut enim notat S. Bernardus: *Animi diſſoluti*, [b] *aut negligentis Spiritus indicium eſt Silentium infringere*, ne diſtractioni, & impedimento ſint Sacerdotibus orantibus, qui celebraverint, vel qui ſint mox celebraturi, advertatque, ne Sæculares Perſonæ confabulantes diutiùs in ea morentur. Obſervet ſimilitèr, ne in Sacriſtia ſuccedant riſus, & cachinni immoderati: *Diſſolutio enim, & riſus*, inquit citatus B. Albertus Magnus; *multùm abſtrahit* [c] *unumquemque à familiaritate Dei, & obſtruit mentem à perceptione gratiarum*, & teſte Magno Baſilio: *Nullum habebit acceſſum cordis compunctio, ubi immoderatus fuerit riſus.*

Curet paritèr, ne homines pauperes, & miſerabiles quæſtuent in Eccleſia tempore Miſſarum, ac Divinorum Officiorum, ſed juxtà Conſtitutionem B. Pii Papæ V. [d] eos extrà Eccleſiæ Valvas eici faciat,

quod

a B. Albert. Magn. in Paradiſo Animæ p. 1. de Virtut. c. 21.

b S. Bern. de præcept. & diſpẽſ. antè med.

c B. Alb. Magn. loco cit. cap. 28. S. Baſil. apud Bedam to. 7. in ſuis Scintil. cap. 54.

d B. Pius V. Conſtit. quæ incip. cũ primum

quod ſi adimplere neglexerit, pœnam duorum Aureorum incurrat, idemque etiam ſervetur in Eccleſiis Regularium.

Miſſas, Officia, & Feſta, quæ ex obligatione, vel quacumque de cauſa in Eccleſia Cathedrali erunt celebranda, diligentiſſimè deſcribat, moneatque omnes, & ſingulos, debito tempore, ſtatutiſque diebus, ad quos ſpectat, ut ipſi per ſe, vel per alios oneribus ſatisfaciant.

Inſtruat prætereà Clericos, ut cum omni ſilentio, modeſtia, ac diligentia Sacerdotibus parandis, & ad Altare, & Sacriſtiam ducendis, & reducendis inſerviant.

Quia verò Sacriſta in hac noſtra Cathedrali Officium Punctatoris exercet; ideò ſicut cuſtodiendis, & conſervandis rebus Sacriſtiæ, debet præſtare juramentum, & fidejuſſionem, ità in manibus noſtris, vel Vicarii noſtri, debet juramentum præſtare de fidelitèr & diligentèr punctando; & ſuper Sancta Dei Evangelia jurare, quod ſincerè, & fidelitèr ſuum exercebit Officium, talique juramento conſtrictus, ſi fortè in Officio delinquat, vltrà peccatum mortale, cum pœnis per Sacros Canones perjuro decretis, etiam illa duplicatæ Punctationis plectetur.

Ne qua verò de Punctatoris, ſivè negligentia, ſivè dolo poſſit unquàm adeſſe ſuſpicio, ipſemet publicè in Choro coram Digniori Perſona inibi exiſtente, accuratè, & diſtinctè uniuſcujuſque notet abſentiam, & ſingulis Menſibus etiàm non requiſitus, Librum nobis exhibeat.

Et quoniàm Dominus per Jeremiam dicit, *Maledictus*, [a] *qui facit opus Dei fraudolentèr, ſeù negligentèr*, ut legunt Septuaginta: hinc Punctator, eorum, qui in Choro piè, ac religiosè adeſſe tenentur, non modò abſentiam notet, ſed etiam quæ abſentiæ æquivalere cenſentur, cujuſmodi ſunt, privatìm, ac tacitè Officium recitare nimis feſtinantur, nec modulatè, nec congruis morulis obſervatis canere, proùt etiam ſomnolentum, aut dormitantem adeſſe, decur-

[a] *Jerem. cap. 48. num. 10.*

tantem, ac ſyncopantem Lectiones, vel Verba per notabilem horæ partem, inutilibus colloquiis indulgentem, Literarum, Librorum, aliarumque Scripturarum lectioni vacantem, exeuntem de Choro, & per aliquod ſpatium abſentem, ſine rationabili cauſa; & qui hæc ſingula, vel omnia fecerit, velùt abſens à Choro reputetur, adeòque debita punctatione notetur, illius horæ, aut Miſſæ, & diſtributionibus reſpectivè privetur: *Diligentibus namquè*, inquit Ambroſius, [a] *Deus præſentior eſt, negligentibus abeſt.* alitèr enim non eſt fidelitèr, ac ſincerè Punctatoris Officium adimplere, prout importat Juramenti præſtiti vis.

[a] *S. Ambroſ. lib. 9. in cap. 20 Lucæ.*

Punctatorem, dum ſuo munere fungitur, nemo audeat ullatenùs interturbare, aut contentione, injuriiſue laceſſere, aut minis deterrere, ſub pœnis, arbitrio noſtro, & ſi quis adversùs eum aliquam habet querelam, modeſtè ad Chori Præfectum deferat, vèl ad Nos ipſos, qui oportunum curabimus, pro viribus, remedium.

Punctationum Librum diligenti curà cuſtodiat, nec alicui omninò, niſi annuente Chori Præfecto, aut tradat, aut legendum permittat, niſi Nobis, vel Vicario noſtro.

Circa numerum, taxam, diſtributionem Punctaturarum, modumque punctandi, ſerventur Conſtitutiones Eccleſiæ; qui verò debitores fuerint Punctaturarum, quandò, & quomodò ſatisfacere teneantur, dicetur infrà.

Clericos omnes, in minoribus Ordinibus Conſtitutos, qui ſolemnibus diebus ab Eccleſia abfuerint, cum ex Sac. Conc. Triden. præſcripto alicui Eccleſiæ adſcripti eſſe debeant, ut ibi in propriis muneribus exerceant, in duobus Libris punctari, volumus erogandas pro medietate Sacriſtiæ, & pro alia Sacriſtæ.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXIX.

De Capitulo Eccleſiæ Cathedralis.

QUi in Sole poſuit Tabernaculum ſuum [a] amat ubiq; ſplendore lucis ambiri. Stipant illum ſedentem *ſuper Solium excelſum, & elevatum*, ut vidit Iſaias. Innumeri Principes [b] Domus Dei, & Nobis ignoti Cœleſtis Jeruſalem Incolæ, illuſtres Angeli, Miniſtri in omnia obſequioſi, *diſtincti in Perſonas,* [c] ut verbis utar Bernardi ad Eugenium: *Diſpoſiti in Dignitates, ab initio ſtantes in ordine ſuo, Religione pii, Caſtimonia integri, unanimitate individui, Divinis laudibus, & obſequiis dediti*. Hinc Terrena Jeruſalem, Eccleſia nimirùm, ad ſimilitudinem illius Cœleſtis ſapientèr dignitates induxit, ut auguſtiora fierent ab ipſo miniſtrantium ſplendore Divina Myſteria, & venerandæ plena Majeſtatis ſpectantium oculos ferirent, animoſque in altam venerationem inducerent. Cur enim ad Eccleſiaſticam Diſciplinam conſervandam; [d] augendamq; Dignitates in Eccleſia ſint conſtitutæ; nihil antiquiùs eſſe debet illas obtinentibus, qua ut cæteris pietate præcellant, ſuoque omnes exemplo ad amorem Divini cultus accedant.

Canonici vero, quos veluti Fratres noſtros libentèr agnoſcimus, & amplectimur, perhumanitèr, tales eſſe ſtudeant, ut & alios in Eccleſiaſtica diſcipiina, velùt norma dirigere, & ejus, quem in Eccleſia conſtituunt Senatus Majeſtatem, valeant [e] ſubſtinere.

Congregationes autèm, & Capitula habeantur ad præſcriptum Capitularium Conſtitutionum, [f] loco, & tempore, quo Sacerdotes Divina Officia celebraturi, non impediantur, & ut omnia ritè, & rectè fiant, volumus, & mandamus, ut initio ſemper recitetur Oratio de Spiritu Sancto, & in fine debitæ gratiæ Deo agantur.

a Pſ.18.n.5.

b Iſa.c.6.n.1

c S. Bern. de conſ. lib.5.c.4.

d Conc.Trid. ſeſſ.24.cap.12. de reform.

e Cap. novit. Cap. quanto de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu Capituli cap. 16. quaſt. 1.

f Congr. Cōc. 1605. pen. Garziam, & in Oriolen. 27. Martii 1637. Clem. VIII. coſtit. quę incip. Decet. Rom. Pōtif. 18. Jan. 1601.

Digitized by Google

Quicquid Capitulariter decretum fuerit in autenticum Librum per Secretarium deſcribatur, atque ante diſceſſum, Capitulo audiente, & intelligente, recitetur.

Si Litteræ, nomine Capituli erunt ſcribendæ, non priùs Sigillo obſignentur, quàm in Capitulo, vel plena Congregatione perlegantur, regiſtrata in Archivio, vel in Libro particulari illarum Copia, quod & de reſponſionibus Litterarum intelligatur.

Et ne ignorantia, ſivè inobſervantia Conſtitutionum Capitularium ullo unquam tempore valeat allegari; ideò præcipimus, ut quilibet ex Dignitatibus, ſivè Canonicis, habeat apud ſe Conſtitutiones Capitulares, ſub pœna arbitraria.

Quandocumque aliquid in Capitulo erit perctattandum, quod Dignitates, & Canonicos ipſos tangat, ille, de cujs intereſſe agitur, exeat de Capitulo, quicquid ſecùs factum fuerit, irritum *a* declaramus.

a Cong. Epiſ. 14. Martii 1613.

Camerarii, qui in redditione rationum in fine Anni facienda depræhenſi fuerint debitores, quouſque integrè ſatisfecerint, juxta Conſtitutionum Diſpoſitionem, puniantur. Qui verò infra terminum quindecim dierum à fine Anni computandum, rationes, tàm ad Capitulum, quàm ad Sacriſtiam pertinentes ſolidare diſtulerint, eos Diſtributionibus quotidianis carere volumus, donec obligationi prædictæ ſatisfecerint.

Redditus, Proventus, Obventiones, Introitus, & Exitus ad Sacriſtiam ſpectantes, & undequaque provenientes, diligentiſſimè, & cum omni fidelitate pro ea conſerventur, & in uſus illius tantummodò expendantur, ſub pœna arbitraria reficiendi totum id, quod Sacriſtiæ etiam minimum ſubtractum fuerit.

Canonici, & Capitulum, nullum Canonicum ad Diſtributionum participationem admittant, niſi priùs conſtiterit, illum cantus Eccleſiaſtici peritum, vel ſaltèm pro ſuo munere obeundo ſufficientèr inſtructum, ſub pœna vigintiquinque Aureorum, ipſo facto incurrenda.

Nullus

Nullus Canonicus, etiam eorum, qui ſupra numerum appellantur, geſtet habitum Canonicalem per Civitatem, quacumque occaſione, Cappam ſcilicèt, & Rocchettum, vel Cottam ſupra Rocchettum, niſi intervenientibus aliis Canonicis in eo numero, ut Capitulum, vel ſaltèm Claſſem repreſentare videantur, ſub pœna unius Aurei pro qualibet vice, ad beneplacitum noſtrum, Locis piis applicanda.

In Capitulo ſuam quiſque ſententiam ſedatè, ſuoq; loco dicat, nemo dicentem interturbet, nequè inter ipſos contendatur; ſi ad jurgia, & ad verba injurioſa deveniatur, arbitraria pœna puniatur.

Capitulum legitimè convocatum cenſeatur, etiamſi minor pars Canonicorum interſit, dummodo fuerint omnes invitati, fiatque ſemper Capitulum per Suffragia ſecreta; ſi ſecùs factum fuerit, irritum, & invalidum declaramus.

Abeſſe à Congregationibus Capitularibus non liceat, ſine legitimo impedimento, nec quiſquam, eis non abſolutis diſcedat, niſi licentia à Præfecto [a] ob legitimam cauſam, impetrata.

[a] *Congr. Cōc. 1620. penès Garziam.*

CAP. XXX.

De Canonicis Eccleſiæ Cathedralis.

QUi ſine Tuba militat, Miles non eſt, [b] fertur furore, non prælio, virtute non agit, ſed periculo, quærit perire, non vincere. Hoc diximus, ut Chriſti Miles intelligat Cæleſtis quare inducta ſit Cantilena. His verbis proloquitur S. Petrus Chryſologus, alludens ad Horas Canonicas, quæ quotidiè in Choro recitantur à Canonicis noſtræ Cathedralis. Eas enim devoto cordis affectu perſolvere debent, ne indè aſſumant peccatum, undè pro ſe, & pro aliis poſſunt habere remedium. Hinc eſt, quòd S. Cæſarius Arelatenſis Canonicis ſuis dicebat. *Studeamus Fratres, [c] quæ ad ædifi-*

[b] *S. Petrus Chryſol. ſerm. 14.*

[c] *S. Cæſari Arelat. hom. 3. in med.*

ædificationem pertinent, ea in medio poſiti, devotè agere, ne vita noſtra aliorum Virtutibus noceat, ne alienum fervorem noſter tepor debilitet, ne aliorum humilitatem Superbia noſtra depravet, ne aliorum ſanitatem infirmitas noſtra corrumpat, ne aliorum pulchritudinem fœditas noſtra contaminet, ne aliorum ardentes extinguamus Lampades, ſi noſtras illuminare non poſſumus.

Dignitates proindè, & Canonici, ſic dicti tanquàm Albo Eccleſiæ adſcripti, [a] cæterique omnes, qui ad Divina Officia in Choro convenire debent, modeſtiam, & religioſitatem enixè obſervent. Pileo non utantur, ſed Clericali Bireto, locorum mutationes, aliaque ad Divinum Officium non pertinentia vitent, nequè à Choro diſcedant, niſi Divino Officio pœnitùs abſoluto. Qui ſecùs fecerint, tanquàm abſentes punctentur, & qui Sanctum locum, facto, aut verbis injurioſis offenderint, ſex menſium ſpatio à Chori ingreſſu ſint interdicti, & privati illius temporis Diſtributionibus, quas nunc pro tunc piis Locis applicamus.

a Conc. Laodic. An. 364.

Sacræ Concioni, habitu condecenti induti, interſint, atque abuſus interveniendi abſque habitu, omninò tollatur, quod intelligi declaramus etiam de illis Canonicis, qui ea die, Chori ſervitio non ſunt adſtricti; inobedientes autèm pœna arbitraria puniantur.

Singulis diebus Dominicis, & Feſtis Glorioſiſſimæ Virginis, ad Altare B. Mariæ, Veli nuncupatum, pro cantanda Antiphona poſt Veſperas accedant, & qui neglexerint, punctentur, ac ſi Veſperis non interfuiſſent.

Nobis celebrantibus, aliavè Pontificalia alicubi exercentibus, aut ſolemnitèr aſſiſtentibus, Clerici omnes, cujuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, & qui à Nobis, juſtis de cauſis, licentiam non meruerint obtinere, intereſſe debeant in Choro, ſub pœna ſolitæ punctaturæ, neque Viſitationibus, à Nobis, vel Vicario noſtro faciendis, vocati, adeſſe omittant.

Ut

Ut Miſſas, ſingulis ſaltèm diebus Dominicis, in Cathedrali Eccleſia celebrent, hortamur, neque Miſſam majorem diebus Feſtis, poſt Nonam, proùt fiebat, decantent, ſed proùt in Rubricis Miſſalis diſponitur, quas etiam à Cappellanis cæteris diebus ſervari præcipimus, & mandamus.

Miſſæ, Feſtis, aliiſque diebus, præterquàm in Altari Majori non decantentur, niſi de noſtra licentia.

Et quia Canonici dicuntur Fratres Epiſcopi, non decet eos, exceptis Monialium Confeſſariis, alienis quibuſcumque Eccleſiis directè, vel indirectè inſervire, ſeu conductos celebrare, niſi occaſione alicujus Funeris, ſivè Feſti, aut Anniverſarii in Civitate celebrandi.

Inter Canonicos, & Cappellanos, Diſtributionum, & Punctaturarum non fiat remiſſio, quavis occaſione excluſa, ſub pœna Suſpenſionis, ipſo facto incurrenda.

Præterea Camerarii Sacriſtiæ, debito tempore, abſque mora, ſummam punctaturarum colligant, atque in Capitulo debitum uniuſcujuſque denuncient; qui verò Debitores Punctaturarum fuerint declarati, niſi infra Menſem, ſummam, illis contingentem, perſolverint, tamdiù à Diſtributionibus ſuſpenſi exiſtant, donec plenariè ſatisfecerint. Declarantes, eos, qui Diſtributiones non habent, ab Eccleſiæ ingreſſu interdictos, & nihilominùs ad ſolutionem, debitis Juris, & Facti remediis compellendos.

Mandamus in virtute S. Obedientiæ, & ſub pœna, pro modo culpæ infligenda, ut omnes Canonici, ſupra numerum electi, ſolemnibus ſaltem diebus Paſchatis, Pentecoſtes, Nativitatis Domini, Solemnitatis Corporis Chriſti, Aſſumptionis Glorioſiſſimæ Virginis, Celebrationis omnium Sanctorum, Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, in die Purificationis, ac triduo Majoris Hebdomadæ in Eccleſia Cathedrali, habitu congruenti, Divinis Officiis, & Proceſſionibus interſint.

Qui novitèr creati fuerint, interſint omnibus diebus Feſtis,

Feſtis, ad præſcriptum Decreti, in eorum electione publicati, & ſub pœnis, in eodem contentis. Nullus tàm Canonicorum, quàm cæterorum Clericorum, in Civitate, vel extra eam, in Cathedrali, aliiſque Eccleſiis, in Choro, & Proceſſionibus ad mortualia, Feſtivitates, & Officia quæcumque celebranda, Pileum, loco Bireti Clericalis geſtare præſumat, ſub pœna ſolidorum viginti, pro qualibet vice.

Decretum, aliàs factum per Vicarium Generalem in viſitatione Chori, in præſenti Synodo apponi mandamus. Ut abuſus, qui in exſolvendis Divinis Officiis paulatìm irrepſerunt, omninò tollantur; riſus, profana colloquia, ſtrepitus prohibuit, nequè aliquis ſit otioſus, deſes, & mutus, ſed omnes orent, eodemque tempore ſedeant, ſurgant, caput aperiant, genua flectant, & nemo à proprio Stallo diſcedat, neque Verſiculum incipiat, niſi alio Verſiculo expleto, nec in Sacriſtia immoretur, neque extra Eccleſiam, neque Miſſam tempore Divinorum Officiorum celebret, niſi monitus à Sacriſta, & in Eccleſiæ utilitatem; & qui in aliquo prædictorum deliquerit, præter Divinam ultionem, & fructuum reſtitutionem, tanquàm abſens punctetur per Sacriſtam, qui Officium Punctatoris exercet, ejuſque Conſcientiam gravavit. Idque ſervetur etiam in Choro Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Novæ.

Ad tollendum abuſum, qui forſan nimis invaluit, tàm æſtivo tempore, quàm etiam hyberno, quòd nonnulli Canonici, & Cappellani, tempore, quo celebrantur Divina Officia, & ſignantèr Miſſa cantata, ſe abſentent à Choro, & extra illum permaneant, ferè uſque ad finem Miſſæ, vel in Platea Eccleſiæ, vel in Sacriſtia ad ſe calefaciendum; mandamus proptereà in virtute S. Obedientię eidem Sacriſtæ, & reſpectivè Punctatori, ipſiuſque Conſcientiam in hoc oneramus, ut talitèr abſentes, abſque ullo reſpectu punctare teneatur, & ulteriùs ſubiaceant pœnis noſtri arbitrii.

CAP.

CAP. XXXI.

De Medicis.

D*Uo ſunt Officia Medicinæ*, [a] obſervat Auguſtinus, *unum, quo ſanatur infirmitas, alterum, quo Sanitas cuſtoditur*, & S. Ambroſius ſubdit: *Serpit* [b] *malitia, Vulnus augetur, ubi Medicina defuerit*. Hinc eſt, quòd Medici, ultra Fidei Profeſſionem, quam emittere omninò tenentur, ut ſuprà diximus in Cap. 1., tenentur etiam Juramentum præſtare in manibus noſtris, vel Vicarii noſtri Generalis, ut cum ad Infirmos, jacentes in lecto, fuerint vocati, illos, ante omnia, moneant, ut idoneo Confeſſario omnia peccata ſua, juxta Ritum S. Romanæ Eccleſiæ confiteantur, ut enim advertit S. Baſilius Magnus. *Morbi* [c] *ſæpenumero, veluti quædam Peccatorum flagella ſunt*; neq; ultra tres dies viſitent, niſi reddantur certi, Infirmos huic, tàm ſalutari monito paruiſſe, ſub pœna Excommunicationis Innocentii III. Pii Pap. IV. renovatæ per B. Pium V. [d] ubi, ultra infamiæ perpetuæ incurſum, privantur etiam gradu, & pœna pecuniaria mulctantur arbitrio Ordinarii, cujus Conſtitutionis obſervantiam injunxit etiàm San. Mem. Innocentii XI. per Epiſtolam circularem Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium 30. Septembris 1682.

[a] *S. Aug. in Pſal. 7. in med.*

[b] *S. Ambroſ. lib. 2. de Cain. & Abel. cap. 9. ſub fin.*

[c] *S. Baſil. in regiſt. fuſius diſput. inter. 55.*

[d] *Cap. cum infirmus de pœnit. & remiſſ. Conc. Lateran. 4. cap. 22. Ravven. 2. ſub Clem. V. can. 15 Pius IV. Bul. 88. Inter ſuos B. Pius V. conſtit. 3. Super Gregem 8. Martii 1566. §. 3. & §. lit. circul. Epiſc. & Regul. ſub Innoc. XI. 30. Sept. 1682.*

CAP. XXXII.

De Tabellionibus, & Notariis.

NE piarum Diſpoſitionum, & Voluntatum memoria depereat, ſed, juxta munus noſtrum curemus, ut quamprimùm fieri poteſt, executioni demandentur [a] Tabellionibus omnibus, qui de aliquo Legato ad pias cauſas, vel piis Locis relicto, vel Pauperibus Chriſti in Teſtamento, ſeu aliorum diſpoſitione rogati fuerint, mandamus, ut illud, ſoluta Taxa, infra decem dies à morte Teſtatoris, Nobis, ſeu Vicario noſtro Generali, aut alicui ex Cancellariis Curiæ Epiſcopalis, qui in Libro, ad hoc deputando, prout Parochi, & Rectores in Tabella, ad hoc deſtinata, in Sacriſtia retinenda, [b] ſtatìm id adnotare teneantur; & Notarii, qui in hac re fuerint negligentes, pœnam Excommunicationis incurrunt ipſo facto, & eſt etiam Caſus ſeptimus, Nobis reſervatus.

Abuſus à Prædeceſſoribus noſtris damnatus, & prohibitus, conficiendi Inſtrumenta diebus Feſtis, omninò tollatur: ideò Notarii, diebus prædictis, Inſtrumenta conficere nullo modo præſumant, præterquàm ultimæ voluntatis, ad pias cauſas, & Matrimoniorum, ſub pœna Excommunicationis, à quà nolumus quemquam abſolvi poſſe, niſi ſoluto priùs duplo ejus, quod fuerit lucratus, Pauperibus, vel piis Locis per Nos applicando.

Cum verò ad noſtram Epiſcopalem Curam, Officiumque pertineat invigilare, ne in exequendis Defunctorum voluntatibus fraus aliqua committatur, denunciamus, nemini licere ſibi aliquid, licèt minimum attribuere de iis, quæ Pauperibus diſtribuenda fuerint Legata, niſi à Nobis facultas in ſcriptis ejus rei fuerit attributa. [c] ſed commutandis itèm in prædictis Defunctorum voluntatibus, nemini jus eſſe volumus, neque de ipſorum Hæredum conſenſu, niſi

priùs

[a] *Că. Si quis 12. queſt. 2. Conc. Aven. An. 1270.*

[b] *Conc Ravennat. 2. ſub Clem. V. can. 31.*

[c] *Cap eas quidem. cap. Si Heredes c. tua nobis cap. Joannes deTeſtamen. Clementina quia contingit de relig. Domib. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. de ref.*

Digitized by Google

priùs à Nobis cognita re, quid Juris agendum, conſultò fuerit indultum.

Notarios, quorum fidem integram, perſpectamq; eſſe oprtet, graviter monemus, eiſdemque ſtrictè præcipimus, ſub pœnis in Sacris Canonibus, aliiſque Pontificiis Sanctionibus comminatis, ut ſe abſtincant à faciendis Contractibus Uſuræ, vel Simoniæ labe ſuſpectis, aut quovis modo contra Juſtitiam, & libertatem Eccleſiaſticam concludentibus, & in dubio, non niſi, quàm de Peritorum conſilio ſe gerant, ac Nobis ipſis etiam conſultis, quibus, non ſolùm punire, & Officio privare, [a] ſed etiam eorum peritiam recognoſcere, ac probare, ex Tridentina Synodo datum eſt. In Cenſibus verò creandis, omnia, & ſingula obſervent, etiam circa veram, & realem pecuniæ numerandæ præſentiam, quæ in Conſtitutione B. Pii Quinti ſuper hac re ritè ſancita ſunt.

[a] Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 10 de reform.

CAP. XXXIII.

De Obſervantia Iejuniorum.

Mirabilis ſanè eſt Naturaliſtarum obſervatio, quod ſerpentes, guſtando ſputum hominis perfectè jejuni, ſtatìm intereunt. Ad id S. Ambroſius proludens alloquitur, [b] *Vides quanta vis ſit Jejunii, ut ex ſputo ſuo, homo terrenum Serpentem interficiat, meritò ſpiritalem.* Hoc & in antiqua Lege Prophetæ excoluerunt, & in Evangelica Apoſtoli, ejuſque Succeſſores tradiderunt. [c] Chriſtus Dominus Jejunium ſanctificavit, & in ſe ipſo efficax nobis jejunandi [d] præbuit exemplum.

Statutis itaq; diebus ab Eccleſia nobis eſt jejunandum & jejunii obſervantia, ſub præcepto peccati mortalis indicitur, non ſolùm infra Annum, verùm etiam tempore Quadrageſimæ, teſtante eodem [e] Ambroſio: *Quiſquis Chriſtianus conſecratam jejunando, non impleverit*

[b] S. Ambroſ. lib. 6. Examer. cap. 4. in fin.

[c] Conc. Senen. Decr. 7. de Jeiun. Eccl. Cōc. Colon. 2. parte 9. cap. 2.

[d] Matth. cap.

[e] S. Ambroſ. ſerm. 30. de Quadrag. poſt. princ.

Quadrageſimam, prævaricationis, & contumaciæ reus tenebitur, & S. Cæſarius Arelatenſis inquit: *Aliis* [a] *diebus jejunare, aut remedium, aut præmium eſt, in Quadrageſima verò, non jejunare, peccatum.*

[a] *S. Cæſarius Arelat. hom. 1. in princ.*

Proindè tempore Quadrageſimæ [b] unum tantùm Macellum permittatur, in quo Carnes vendantur licitè, ad uſum Infirmorum, vel eorum, qui teſtificationem Medici, à Nobis, ſivè Vicario noſtro, vel Parocho reſpectivè, ſubſcriptam habuerint, non quidem palàm, ſed Foribus clauſis, ſub pœna duorum Aureorum pro qualibet vice.

[b] *Cap. 2. de obſervan. Jejunii.*

Incipit autèm Jejunium à media nocte antecedenti, ad dimidium ſequentis noctis duraturum: Unde nocte præcedenti Feriam IV. Cinerum, ne ex ludis, & Choreis, quibus multi indulgent toto tempore Baccanalium, ne, inquam, ſumatur occaſio, priùs frangendi, quàm inchoandi Quadrageſimale Jejunium, ante mediam noctem, quæ præcedit diem Cinerum, per ſemihoram pulſanda erit Campana maxima Cathedralis Eccleſiæ, ut eo ſonu omnes intelligant, poſtquàm ea pulſari deſierit, ſibi ampliùs non licere ea nocte quidquam edere, abſque violatione jejunii. Quod etiam facient Parochi, tàm Urbani, quàm Rurales, & qui neglexerint punientur arbitrio.

Obligatio jejunandi incipit à vigeſimo Anno ætatis completo, & non niſi ſemel in die, circa Meridiem, comedent, nec aliam deindè refectionem, præterquàm ſerotinam, ac parcam capiant, & pridiè quàm jejunandum ſit, prima circitèr hora noctis, in Civitate Campana Cathedralis Eccleſiæ pulſabitur, & in Diœceſi, Parochialis reſpectivè, per medium ſaltèm quadrantem, ſono, cunctis in memoriam revocabit craſtinum Jejunium.

Jejuniorum, & Quadrageſimali potiſſimùm tempore in Cauponis, ſivè Tabernis, Carnes, aut cæteri vetiti, & illiciti Cibi non coquantur, vendantur, aut habeantur, niſi in alicujus neceſſarium uſum, & debita cum convenientia, & nemo in poſterùm audeat Carnes, aut vetitos Cibos publicè in dictis locis, & maximè

Digitized by Google

maximè in Cellis Vinariis comedere, ſub pœna duorum aureorum, pro medietate Executoribus, & pro alia Locis piis applicanda.

Parochi Jejunii dies, infra Annum, & quatuor Anni tempora annuncient præcedentibus Feſtis, ſivè Dominicis [a] in Miſſarum celebratione, & majori frequentia, & concurſu Populi, ut nemo ignorare poſſit, ſicut alibi diximus, de Feſtorum obſervantia.

Medici in facultatibus concedendis pro diſpenſatione à Jejunio, & maximè tempore Quadrageſimæ, conſulant propriæ Conſcientiæ, [b] ne dum alios juvare intendunt, ſibi nocere ſtudeant, omneſque in jejunando tales ſe oſtendant, ut magis à culpis abſtineant, quàm à cibo, ad monitum Bernardi, dicentis. [c] *Jejunet Gula, jejunet oculus, jejunet lingua, jejunet manus, jejunet etiam Anima ipſa*, ne cenſuram Sancti Baſilii incurramus, qui ait. *Quæ utilitas eſt* [d] *jejunare Corpore, animam autem innumeris malis repletam eſſe*.

a Cap. 1. de conſecr. diſt. 3: cap. 2. de obſerv. Jeiun. diſt. 76. cap. deniq. diſt. 4. Conc. Mogunt. 4. cap. 47.

b Cap. nihil enim de cõſec. diſt. 5. Conc. Trid. ſeſ. 25. de delectu cib. ieiun. & dieb. feſt.

c S. Bernard. ſerm. 3. in Quadrag.

d S. Baſilius hom. 8. in Examer. in fin.

CAP. XXXIV.

De Judiciis.

Regia via, qui Terram judicant, [e] *incedere debent*, fatur Auguſtinus, *nec declinare ad dexteram molliendo Judicium, nec ad ſiniſtram, exaſperando ſupplicium*, & conſtituendo neceſſarias Judicis partes, admonet Phylo Judæus: *Is, qui* [f] *ad judicandum aſcendit Tribunal, unà cum poteſtate aſſumat Prudentiam, ne decipiatur. Juſtitiam, ut ſuum cuique tribuat, fortitudinem, ne flectatur precibus, aut miſericordia.*

Hinc Cauſas in Foro noſtro vertentes, Vicarius noſter, quanta poterit brevitate, expediat, juxtà Canonicas Sanctiones, & Concilii Tridentini Decreta, aut Cauſas alimentorum, mercedum, piorum Locorum, & miſerabilium Perſonarum cauſę omnes, infra

e S. Auguſt. ſerm. 14. ad Fratres in Erem. in med.

f Philo Jud. de Judic. in princ.

Digitized by Google

fra valorem, & ſummam Ducatorum duorum dirimantur ſummariè, & partibus inſtantibus, oretenùs auditis, niſi alitèr expedire viſum fuerit ex rationabili cauſa, quam Vicarius in Actis exprimere teneatur.

Si contigerit pronunciari, prout in Cedula, vel haberi terminum pro ſervato, teneatur Vicarius Cedulam Sententiæ ſubſcribere, vel terminum præſervato habitum declarare intra decem dies, alioquìn Sententia, & termini ipſi pro circumductis habeantur, prout etiam Pii IV. Conſtitutione cavetur, niſi partes inter ſe conſenſerint.

Taxa præfixa à Viſitatore Apoſtolico de Anno 1583, & ab Ordinario ſubſcripta, omninò ſervetur, pœnæque omnes, & mulctæ, juxta Sac. Concilii, & Sac. Congregationis Decreta piis uſibus applicentur.

Diviſionem negociorum, & cauſarum, inter Cancellarios noſtros conventam, & factam, non probamus, ſed arbitrio Clericorum, & Laicorum quorumcumque, forum noſtrum pro ſuis negociis frequentantium relinquimus eligendi Cancellarium, quem ipſi maluerint, & ita ſervari mandamus.

Unuſquiſque Cancellariorum noſtræ Curiæ habeat proprium Librum, ab ipſo diligentèr, & ſub clave cuſtodiendum, *a* in quo adnotentur, & deſcribantur omnia, & ſingula quæcumque geſſerint, ſive ex præcepto Judicis, ſivè ad iſtantiam Partis. Diſtinctè verò in aliquo Libro particulari adnotentur Acta Civilia, in alio Criminalia, & in tertio Beneficialia, & quod actenùs factum eſt, ut in Libro ad hoc comparato, deſcribantur Litteræ Collationis Beneficiorum, idem mandamus, & in poſterùm fieri, ſub pœna privationis Officii, ipſo facto incurrenda.

a Conc.Trid. ſeſſ. 25. cap. 10. de reform.

Nullus Clericorum, cujuſvis Ordinis, vel Dignitatis ſit, coram aliquo Judice Sæculari in ejus Foro, quovis prætextu, etiam per ſuppoſitam Perſonam compareat, ſub pœna nullitatis Actorum, & decem Scutorum aureorum pro quolibet, & qualibet vice. Neque ullus tueri poſſe ſe putet per Regulam Juris, quòd

Digitized by Google

quòd Actor ſequatur Forum rei, quia jam ab immemorabili ſervatur in hac Curia Epiſcopali, ut Clerici, ſivè Actores ſint, ſivè rei, in Foro noſtro conveniantur, & ſic trahant, & non trahantur.

Conſtat enim Eccleſiam Aretinam, à qua uſque de Anno 1325. diſmembrata fuit noſtra Cortonenſis, hoc Privilegio potiri, teſte Speculatore, qui loquitur, tàm de Eccleſia Aretina, quàm de Pariſienſi, & ſcripſit [a] uſque de Anno 1271. & hoc ipſum probant Conſtitutiones, vulgò, dictæ *le Coſtitutioni Roſſe*, impreſſæ Florentiæ tempore Leonis Papæ X. de Anno 1564. [b] quarum particulam damus infra in Appendice ad Cap. 34. de Judiciis, & quamvìs paucis ab hinc Annis abuſus irrepſerit recurrendi ad Forum Sæculare pro Cauſis damni dati, id omninò fieri prohibemus omnibus, & quibuſcumque Eccleſiaſticis, nomine proprio, ſub pœna nullitatis [c] Actorum, & aliis, arbitrio noſtro.

Cancellarios, & Curiales noſtros, cujus Fori privilegio gaudere non ambigitur, cum & Sac. Congregatio ſic declaraverit, & hucuſquè ità fuerit obſervatum.

Nullus Cancellarius poſſit procurare in ea Cauſa, ſivè Criminali, ſivè Civili, in qua ipſe eſt Actuarius, ſub pœna decem Aureorum, arbitrio noſtro applicanda.

Conſtitutionibus Synodalibus noſtrorum Prædeceſſorum inhærentes, ſub pœna Excommunicationis, ipſo facto incurrenda, præcipimus, & ſtrictè præcipiendo mandamus omnibus, & ſingulis, tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus noſtræ Juriſdictioni ſubjectis, ut infra Menſem à die publicationis præſentis Synodi, Scripturas omnes, & Inſtrumenta, ad Menſam Epiſcopalem, & Capitularem, ad Eccleſias, ſivè res Eccleſiaſticas, ad libertatem Beneficiorum, & Eccleſiarum, ſivè ad Hoſpitalia, & cætera Loca pia, & ad Cancellariam Epiſcopalem, quomodocumque pertinentia, deferant Nobis, ſeu Vicario noſtro.

Et ſub hoc Decreto, etiam Cancellarios compræhendi volumus, qui Scripturas, cujuſcumque generis, aut

[a] Speculat. lib. 2. rubric. 2. de ceſſ. act. & rubr. de Foro compet. Judic. Addition. §. generalitèr. in princip.

[b] Coſt. Roſſe de Rotul. Judic. Deleg. cap. 4. Synod. Provinc. Florent. An. 1523. de Foro competen. rubr. 55. c. 5.

[c] Pignattel. conſult. 123. num. 4. tom. 4. & conſ. 2. n. 37. tom. 5.

Digitized by Google

aut ſpeciei, à Cancellaria quocumque modo, vel quacumque ex cauſa extraxerint, ſivè Domi retinuerint, vel extractas pro illis exemplandis, ſtatìm non reportaverint, addità etiam pœna privationis Officii.

Contractus Monaſteriorum, & Sanctimonialium à nullo Notario, præter Cancellarios Epiſcopales, conſici volumus, niſi de noſtra licentia, & cum præſentia Vicarii, & Operariorum, qui omnes teneantur notam Contractus celebrati Abbatiſſæ relinquere, ſub pœna arbitraria.

Ne Pauperes, defectu Procuratorum, propter eorum inopiam, indefenſi remaneant, ut aliquando evenit; mandamus, ut nomina Procuratorum in Apodixis deſcribantur, & qui ſorte fuerit extractus, teneatur gratis ſuum patrocinium illis impendere, ſub pœna privationis [a] ab uſu, & exercitio Procuratoris in Foro noſtro. Eumdem quoque modum ſervari volumus, & ſub eadem pœna, quando aliqua pars litigans, non invenit aliquem ex dd. Procuratoribus, qui patrocinium ſuæ Cauſæ ſuſcipere velit, condignam tamèn mercedem recipere non prohibemus.

[a] Cap. Gloria Epiſc. 12. quæſt. 12. cap. Adminiſtrator 23. quæſt. 5. c. 1. de Offic. Judicis.

Procuratores, & Advocati, & quicumque alii non audeant coram Vicario noſtro, & in loco Audientiæ, & in Cancellaria verba iniurioſa in aliquem proferre, ſub pœna privationis Officii.

Scripturæ originales, & Proceſſus nemini tradantur, ſed earum tantummodò exemplar.

CAP.

CAP. XXXV.

De Confraternitatibus Laicorum.

F*Acient mihi Sanctuarium, & habitabo in* [a] *medio eorum.* Non Argento ſolùm, & auro Dei Tabernaculum renidet, non ſola purpura ſplendet, ac Byſſo, etiam *Caprarum Pilos, & Saga cilicina* admittit. Divina namque Providentia fit ut magno Animarum bono, & gregario etiam Cœtui Fidelium, cum Devotionis [b] cauſa in pias ſodalitates cocunt, ſingulari quadam ratione Divinus Cultus augeſcat.

[a] *Exod. cap. 25. num. 84.*

[b] *Conc. Nannet. An. 899. can. 15.*

Cum igitùr multæ, tùm in Civitate, tùm in Diœceſi noſtra Laicorum ſint inſtitutæ Confraternitates, omneſque ſint Nobis ſubiectæ, ut eæ magìs magiſq; in dies ſpiritualibus proficiant augumentis, ad illarum perfectius regimen, hæc ducimus ſtatuenda.

Advigilent propterea Gubernatores, cæterique ipſarum Rectores, ut noſtra, vel Vicarii noſtri licentia præcedente, Conciones, ſermoneſque à piis tantùm, & gravibus Viris habeantur de rebus moralibus, ad vitia fugienda, virtuteſq; ſectandas. Theologicas quoque quæſtiones, & Arcanos Sac. Scripturæ ſenſus explicare non audeant.

Camerarii, & cæteri, qui reddituum, & proventuum dictarum Confraternitatum curam gerunt, eos fidelitèr, ac diligentèr adminiſtrent, & quolibet Anno per totum Menſem Junii, piis Viris, in hac Synodo à Nobis deputatis, qui poſteà rem totam Nobis referant, ſciant ſe rationem [c] reddituros.

Volumus in omnibus Laicorum Confraternitatibus Inventarium quarumcumque rerum mobilium, & immobilium confici, illudque, per Camerarium, vel alium Officialem, cujus curæ incumbat cuſtodire dicta bona, propria manu ſubſcriptum, ſucceſſori trahi, ac deincèps, ut nova Inventaria cum veteri-

[c] *Clementin. Quia contingit. §. Ut autèm de Relig. Domib. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9. de reform.*

T bus

bus conferri poſſint, & provideri, ne aliquid ex ſacra Supellectili depereat.

Plebani, & Curati Rurales omnes moneant Ordinarium, ſi fortè Laici Confraternitatum in ſuis Parochiis exiſtentium non ſatisfaciant piis Legatis, & injunctis oneribus, ut ad hoc quibuſcumque remediis cogi, & compelli poſſint.

Nemini Confratrum Eleemoſinam in Civitate, vel Diœceſi quæritare liceat, niſi ſcripto, facultatem a Nobis, vel Vicario noſtro impetratam habuerit, ſub pœna amiſſionis, ejus, quod fuerit collectum, duarumque librarum Inventori applicanda.

Prohibemus etiàm, ſub pœna Scutorum decem, & Capturæ, ne aliquis Confratrum, quando fuerit Confratriæ amictu indutus, Arma cujuſcumque generis ferat.

Ut prædictarum Confraternitatum, & Laicorum omnium Priorum indemnitati conſulatur, onera perpetua Miſſarum celebrandarum, aut Anniverſariorum, ſivè ex Legato, ſivè alio quocumq; titulo, ne ſuſcipiant, niſi Nobis, ſeu Vicario noſtro Generali porrectis precibus, & matura habita diſquiſitione probatum, & conceſſum fuerit.

In Confratrum numerum non recipiantur minores ſexdecim Annis, neque publici Peccatores, & ſi jàm recepti, tales deincèps evaſerint, & admoniti, noluerint emendari, expellantur.

A Conviviis, & Commeſſationibus omninò abſtineant, [a] quas in Ædibus Eccleſiarum, etiam ex propriis Confratrum pecuniis, fieri nolumus.

Cum Eleemoſinæ, quæ pro celebratione Feſtivitatum in Societatibus noſtræ Diœceſis, & pro ſuffragio Animarum, Purgatorii à piis, & devotis Viris ſuppeditantur, æquum non ſit, in alios uſus expendi, ac [b] erogari. Statuimus proindè perſolvi unicuique Sacerdoti, qui Miſſam in dictis Feſtivitatibus, & pro Animarum ſuffragio celebrabit, libram unam monetæ, & pro refectione cujuslibet Sacerdotis permittimus expendi ſolidos ſex, & denarios octo, quatenùs

[a] *Conc. Senon. an... can. 30.*

[b] *Conc. Nannet. ann. 899. can. 15.*

nùs verò refectionem noluerint, ipſis aſſignentur Julii duo pro eleemoſina. Pro quolibet verò Officiali dictarum Societatum, taxamus pro eis refectione Julium unum, nec ſub quovis prætextu admittantur ad hujuſmodi refectionem alii Sæculares, quantumvìs proximi, & Conſaguinei, ſub pœna arbitrii noſtri; non enìm æquum videtur, ut Confratrum Corpus lautè reficiatur, & Animæ in Purgatorio acerbiſſimè torqueantur.

Præcipimus etiàm, ut in hujuſmodi Feſtivitatibus, & Officiis, Sacerdotes Pleberii, & viciniores invitentur.

Quæſtuatores dictarum Societatum, & Animarum Purgatorii, quolibet Menſe rationem reddant proprio eorum Parocho de Eleemoſinis receptis, ſub eiſdem pœnis arbitrii noſtri.

Singuli Miniſtri, & Officiales, qui Bona Confraternitatum adminiſtrant, non durent in Officio ultra annum, [a] quo elapſo, ſi fidelitèr non exercuerunt, & rationem non reddiderunt, nec non reliquatum ſolverunt, confirmari non poſſint, ſub pœnis arbitrio.

In Eccleſiis Confraternitatum nulla Defunctorum, etiam Sodalium Cadavera ſepeliantur, niſi, id eis licere, conſuetudine, vel Privilegio oſtendatur, & tunc functio ſepeliendi ſpectet ad Parochum, ſub cujus Parochia ſunt, & non ad Cappellanum Confraternitatis, qui non audeat ſe ingerere, ſub pœnis arbitrio; [b] Miſſaque ibidem in Feriis quinta, ſexta, & Sabbatho Sancto Majoris Hebdomadæ, nullatenùs celebretur, ut ſupra innuimus.

Controverſias, ſi quæ fuerint, ſivè de Fratribus recipiendis, vel eiiciendis, ſivè de præcedentia in Proceſſionibus, aut occaſione Funeris, noſtrum erit, omni appellatione remota, opportunis remediis componere, juxta Sancita per Conc. Trid., & [c] Greg. XIII.

Novas Fidelium Sæcularium Confraternitates conſtituere, ſeu Congregationes erigere, vel aggregare, nemini prorsùs, ne Regularibus quidèm liceat, niſi

a Sac. Congr. Conc. in Civit. Caſtellan. 7 April. 1636.

b Sac. Cengr. Conc. in Placent. 29. Maii 1660. Pignattel. conſult. 537. tom. 1.

c Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 13. de Regular. Gregor. XIII. Conſtit. 13.

Digitized by Google

prævio noſtro conſenſu, & facultate. Nec Statuta pro earum Regimine condere, aut aliàs condita ipſis denuò aptare, niſi priùs à nobis fuerint examinata, [a] & approbata.

Confratres cujuſque Sodalitatis, cujuſcumque Gradus, Status, & conditionis, ac præeminentiæ fuerint, etiamſi ſpeciali nota digni, non poſſunt virtute Privilegiorum, aliàs ipſis conceſſorum, abſolvi à Caſibus Summo Pontifici, ac Nobis reſervatis, [b] nec pro tali Abſolutione Confeſſarium ſibi eligere, aliàs abſolutio nulla erit, & Nos auſum Confeſſarii talitèr electi ſeverè vindicabimus.

Sacra Euchariſtia in Eccleſiis Confraternitatis nullo modo exponatur, niſi de noſtra licentia ſub pœnis arbitrio.

a Clem. VIII. Conſtit. quæ incip. Quæcumq; à Sede Apoſtolica 7. Decēb. 1604. Cong. Epiſc. 6. Decemb. 1616. & Rit. 7. Octob. 1617.

b Clem. VIII. cit. Conſt. 1604 Sac. Cong. Conc 7. Jan. 1661.

CAP XXXVI.

De Studio Caſuum Conſcientiæ.

ORigo totius mali ab ignorantia deſcendit, & ipſa eſt malorum omnium Mater, ex qua incuria, & ignavia gignitur ſalubre monitum eſt S. Clementis Papæ, [c] ut Clerici curent addiſcere, quod niſi culpabilitèr ignorare non debent.

c S. Clemens lib. 5. recognit. c. 5. poſt initiū.

Majorum itaquè noſtrorum veſtigiis inhærentes, ad effectum, ut qui munus ſuſtinent Confeſſiones Sacramentales audiendi, & lepram à lepra diſcernere valeant, ſtatuimus, ut Clerici omnes, & Sacerdotes, qui ad hujuſmodi munus deputari volunt, ſivè Sæculares, ſivè etiam Regulares, qui illas audiendi facultatem habent, ac etiam Parochi Civitatis ſuburbii, aliique intrà duo milliaria degentes, quolibet Menſe in Aula Palatii noſtri Epiſcopalis conveniant, poſt Veſperas Cathedralis, & aſſiſtant Congregationi Caſuum Conſcientiæ, quæ ſingulis Menſibus à nobis fit. Qui verò abſque urgenti cauſa, à Nobis dignoſcenda

da, abfuerint, unum aureum ſolvere teneantur, & ſi per octo dies diſtulerint ſolutionem, pœnam Suſpenſionis à Confeſſionibus audiendis ipſo facto incurrant, ut enim [a] ratiocinatur Auguſtinus: *Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod* [b] *ignoras*. Curatos verò magìs diſtantes, vel in Montanis degentes, vel impeditos ratione ſui Officii, vel hyberno tempore, proptèr viarum incommoditatem, ſi poſſunt intereſſe, eos hortamur, ſin minus excuſabimus, ut in noſtra viſitatione præſcripſimus. Non tamèn eos intendimus diſpenſare, quin ſingulis Menſibus conveniant in proprio Pleberio, ſivè alibi, prout ipſis magis libuerit, ibique Caſum aliquem proponant, & reſpectivè per orbem reſolvant, & ad Nos deferant, ut ſupra dictum eſt, in Cap. *de Parochis*, mulcta propoſita unius Aurei, ſi ſecùs fecerint.

Simplices autèm Clerici, qui hunc, tàm utilem Conventum frequentare neglexerint, ad ulteriores Ordines non promovebuntur, aut ad Concurſum alicujus Beneficii non admittentur, prout etiam Sacerdotes non obtinebunt à Nobis facultatem audiendi Confeſſiones, niſi prævia fide certiores reddamur ſtudio caſuum Conſcientiæ ſpecialitèr incubuiſſe; *Ille enim* [c] *ignorans excuſari poteſt à pœna, qui quod diſceret, non invenit. Illis autèm hoc ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent operam non dederunt*, ſunt verba precisa Text. in Cap. *Non omnis*. diſt. 37., & ne culpabilis reddatur eorum ignorantia, meminerint notabilis Dicti S. Auguſtini. *Id Homo* [d] *neſcit negligentia ſua, quòd adhibita diligentia, ſcire debuiſſet*; & ut verbis utar S. Leonis ad Clerum & Plebem Conſtantinopolitanam. *Si vix* [e] *in Laicis tolerabilis videtur inſcitia, quantùm magìs in eis, qui præſunt, nec excuſatione eſt digna, nec venia*.

[a] Ex Minerb. Robb., & Galil.

[b] S. Auguſt. lib. de nat. & gratia. c. 67. prope fin.

[c] cap. non omnis, diſt. 37.

[d] S. Auguſt. lib. de natura, & gratia cap. 17. poſt med.

[e] S. Leo Epiſt. 23. poſt princ.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXXVII.

De Præcedentiis.

a S. Auguſt. de natura boni cap. 23.

UBi *eſt aliquis Ordo, eſt aliquod Bonum,* [a] inquit Auguſtinus: *Ubi nullus Ordo, nullum Bonum eſt. Quæ enim à Deo ſunt, ordinata ſunt*, ac proindè S. Gregorius Magnus ajebat. [b] *Si in rebus Sæcularibus ſuum cuique jus, & proprius ordo ſervandus eſt, quantò magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus.* Ut igitùr aliqua de Præcedentiis ſtatuamus, juxta provida Decreta noſtrorum Prædeceſſorum; ſtatuimus, ac præcipimus, ut Dignior, ſemper præferatur minùs digno, antiquior in tempore, juniori, dummodo iſte majori non polleat Dignitate, quia tunc non attenditur prioritas temporis. Sacerdos, ratione Sacerdotalis Dignitatis, Clericum, licèt Ordine priorem, & nobiliorem, præcedat; [c] Rector, in propria Eccleſia, omnibus aliis præcedat in celebrandis Miſſis ſolemnibus, in Funeribus peragendis, & aliis proprium Officium concernentibus, quamvìs extra illud alii præponi [d] deberent, inter plures Parochos, ille præſit, qui Eccleſiæ prærogativa præfulget, licèt poſterior ſit in acquiſitione Parochiæ. Inter pares Eccleſias, attendatur antianitas temporis acquiſitæ Poſſeſſionis, ſed proprius Parochus, in omnibus Functionibus propriis præferatur, & in Funeribus antecedat Feretrum, juxta Rit. Rom., reſpectu verò Perochi, in cujus Eccleſia quis eſt mortuus, præcedentia detur illi, in cujus Eccleſia Defunctus defertur, & Parochus Regularis permixtim incedat cum aliis, nulla habita Regularitatis ratione. [e] Canonici noſtræ Collegiatæ præcedant omnibus Presbyteris, tàm Curatis, quàm non Curatis, etiam Plebanis, & Laurea Doctorali inſignitis.

b S. Gregor. lib. 12. Ind. 7. Epiſt. 31. ad Fælicem Epiſc. Siciliæ.

c Cap. Statuimus de Major. & obedientia.

d Barboſ. de Epiſc. allegat. 78. num. 38.

e Bordon. de præced. num. 507.

In Proceſſionibus, & Funeribus ſervetur Ceremoniale Romanum, & declarationes Sac. Rit. Congregationis, quę verò de jure, vel conſuetudine noſtræ Cathedralis Eccleſiæ, ſolis noſtris Canonicis competunt,

Digitized by Google

tunt, intacta ſemper, & illæſa permaneant, neque in aliquo ab illis perturbabuntur, ad monitum S. Joannis Chryſoſtomi dicentis. *In Choro,* [a] *in Navi, in Curru, in Exercitu, ſi ordinem turbes, omnia perdis, ſurſumq; deorſum omnia miſces.*

Volumus etiam, ut poſt Plebanos, & Priores, primus locus ſit Parochorum, tàm Civitatis, quàm Diœceſis, ſervata Dominorum prerogativa, quam etiàm inter cæteros Sacerdotes, Diaconos, Subdiaconos, ac Clericos, ſervari mandamus, & cum Origene dicimus. *Agnoſcat* [b] *unuſquiſque ordinem ſuum, & quid dignum ſit eo ordine, quem ſuſcepit, intelligat, & ità libret actus ſuos, ità ſermonem, inceſſum quoque ipſum, & habitum moderetur, ut cum ordinis ſui profeſſione conveniat.*

a S. Joann. Chryſoſt. hom. 37. ſuper prim. ad Corinth. ante morale.

b Orig. hom. 2. in cap. 2. Numeri poſt init.

Canonici S. Mariæ Novæ Crucem erigere, minuſq; Cappellam propriam parare non præſumant, cum eis prohibuerit Sac. Rit. Congregatio in Cortonen. 5. Octobr. 1697. confirmata, ipſis etiam auditis 31. Maii 1698. ut in Copia, in fine Synodi ponenda, ſed ſuo loco procedant ſub Cruce noſtræ Cathedralis, juxta diſpoſitionem Ceremonialis Romani.

Si quæ oriantur de Præcedentia Controverſiæ, Nobis, aut Vicario noſtro Generali deferantur, [c] ut eas pacificè terminare poſſimus, prout de jure, & ſi propter temporum anguſtiam ad Nos, ſeù Vicarium noſtrum recurſus haberi non poteſt; prudentior, facta proteſtatione, locum cedat, ad evitandum omne ſcandalum, declarantes hujuſmodi proteſtationes, actuſque laudabiles, nulli præjudicium inferre, quin potiùs in dubio favorabile noſtrum arbitrium promereri.

c Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 13. de Regul. Sperell. deciſ. 179. nu. 6. tom. 2.

CAP.

CAP. XXXVIII.

De Legatis piis.

MAgnus Alexander moriens, Ducibus ſuis Monarchiam relinquens, triginta diebus inſepultus remanſit, velut Jumentum, nullo ex iis de ejus Corpore ſepeliendo ſollicito, ut majorem Regni partem conſequeretur; *a dùmque ejus Præfecti de Regno per ſeditiones contenderent, ipſe ſepultura expers, triginta diebus inhumatus relictus eſt*, teſtatur Ælianus hiſtoricus. Hujuſmodi avara inhumanitas erga corpora non ſuccedit, ſed utinam de Animabus eorum, eamdem haberemus ſollicitudinem, quotiès enim Legata pia non ſolvimus, totiès eorum Animas in Purgatorio torqueri dimittimus, & ſi in jure Cæſareo. *Maritus, b qui ægrotantem Vxorem deſeruit, idem eſt, ac ſi occideret*, in jure Canonico, negligentes ſolvere pia Legata, dicuntur *egentium Animarum Necatores*.

a Aelian. var. hiſtor. lib. 12. cap. 64.

b Lege ſi ab hoſtib. §. Si Vir. ff. de ſolut. Matrim.

Piæ igitùr Teſtatorum voluntates, ne aliena diſtrahantur malitia, & debito ne fraudentur effectu, ſed ea, quæ par eſt, fide, diligentia, atque pietate exequantur, enixè in Domino decernimus. *Fides enim dicta eſt ab eo, quod fiant dicta*, advertit doctiſſimus Caſſiodorus. *c* Maxima enim ingratitudo eſt, ut non exequantur illa pia Legata, quæ à Majoribus noſtris Fidei noſtræ commiſſa ſunt, atque concredita, à quibus amplæ facultates in Teſtamento recepimus.

c Caſſiod. in Pſ. 77. ver. 39.

Quia verò piæ hujuſmodi Diſpoſitiones, quandòque malitia, quandòque etiam negligentia, debitæ executioni non demandantur, & interim Animæ Defunctorum relictis defraudantur Suffragiis, & acerbè in Purgatorio torquentur; hinc eſt, quod pro viribus noſtris hortamur omnes, *d* & ſingulos, qui debitores ſunt hujuſmodi Legatorum, ut quanto citiùs fieri poteſt, prædictis ſatisfaciant oneribus, alitèr enim

d Conc. Auenion. an. 1270. Can. 1. & Mediol. an. 1287. can. penult.

Digitized by Google

enim excomunicati dicuntur, & non ſunt diſſimiles ab uſurpatoribus Bonorum Eccleſiaſticorum, & ultrà grave peccatum, quod incurrunt, quo Divinam excitant Ultionem, contraventores, & ſtudiosè differentes ultra biennium, Caſui noſtro reſeruato ſubicimus.

Omnes igitùr, & ſinguli Notarii, Cancellarii, aliique, qui in Diœceſi noſtra de Teſtamentis ad pias Cauſas, Legatiſve piis ſe rogaverint, [a] eorumdem ſaltèm ſimplices Notulas intra ſex Menſes noſtræ Curiæ tranſmittant, ut in Cancellaria noſtra cuſtodiantur, & eorum executio quàm citiùs procuretur, ſub pœna, negligentibus, ſcutorum decem pro qualibet vice, Locis piis applicandorum; & Cancellariis noſtris ſpecialitèr injungimus, ut pia Loca, & Perſonas, in quorum, ſeù quarum favore dictæ Diſpoſitiones factæ fuerint, intrà Menſem, à die habitæ notitiæ in Cancellaria commonere, non prætermittant.

Si quis pium aliquod opus à Diſponentibus oretenùs exequendum in commiſſis habuerit, illud, infrà tempus ab ipſis deſignatum, & quàm citiùs potuerit, complere ſatagat ſub pœnis arbitrio.

Impedientes tàm directè, quàm indirectè Legata pia, Donationes, aut quaſvis alias Diſpoſitiones ad favorem piæ cauſæ, ſciant, ſe pœnis à Sacris Canonibus inflictis, [b] ſubjacere.

Eccleſiarum Rectores, piorumque Locorum Adminiſtratores, prædicta Legata pia in Inventario Eccleſiæ, ſeù dictorum Locorum deſcribant cum Die, Anno, & Legantis nomine, ac onere, Notariique Rogitu, & adimplemento, & ſi onera Miſſarum contineat, in ſolita Tabella, in publica Sacriſtia locanda, regiſtrent, juxtà Epiſtolam Circularem Sacræ Congregationis Concilii 15. Decembris 1663. de Juſſu Alexandri VII. Parochis autèm, & Rectoribus in Domino præcipimus, quatenùs ſedulam curam adhibeant, ut pia Legata debitæ executioni demandentur, & Contrafacientes, ad noſtram deducant notitiam, ut eos excitare poſſimus, &, quatenùs opus ſit

a Caſt. ſi quis quæſt. 2.

b Cap. ſi hæredes de Teſta. Autentic. de Eccl. Tit. § ſi autẽ hæres.

Digitized by Google

etiam compellere. Curent quoquè prædicti Parochi, pecunias, mobilia, pro ſatisfactione annui oneris inveſtienda, apud ſe non retinere, ſed penès idoneam Perſonam, & Depoſitarium Eccleſiaſticum deponere, ad effectum poſtmodùm inveſtiendi de licentia noſtra, ſeu Vicarii Generalis, ſub graviſſimis pœnis arbitrio noſtro.

CAP. XXXIX.

De Libellis Famoſis.

CRevit eo uſque in abjectis quibuſdam, & malignis Animis nocendi Libido, ut etiam per Calami intemperantiam irati, alienam Famam denigrare non vereantur, eoque periculoſiùs, quod ſub ſpecie Zeli ex abdito feriunt. Contra Regem Balthaſſarem. [a] *Apparuerunt quondam digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra Candelabrum in ſuperficie Parietis Aulæ Regiæ*, & verum de Sacrilego Principe nunciabant, *& Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis*; ſed, quod graviùs eſt, ac magìs horrendum, multi non vera narrant, ſed inſidioſa malitia, falſa clanculum ſcribendo infingunt, & incredibili ſcelere ſe polluunt, quod vix poſſunt elicere per Famæ reſtitutionem.

Hinc Proximi Famam denigrare, & auferre, grave omninò peccatum eſſe, nemo eſt, qui neſciat, ſed in latiſſimo detractionis genere, ſpecies longè graviſſima, hominum ſcandalis patens, & quamplurium Peccatorum fœcunda Parens, ac nutrimentum, eſt peſſimus Libellorum Famoſorum uſus. Quantò autèm damnabilis ſit apud Catholicos, manifeſtè ex eo deducitur, quòd Sanctus Gregorius Papa hujuſmodi Libelli Auctorem quemdam à Fidelium Communione ſemovit, & inter cæteras Infamiæ notas, ab utroque jure talibus inflictas, etiam teſtificandi [b] facultate privantur.

Nos igitùr tàm abominandi facinoris luem, quantùm

[a] Daniel. c. 5 num. 5.

[b] Lege ob carmen ff. de ll. c. ſi Teſtes 4. verſ. ob carmen q. 3. Pignatel. conſ. 118. n. 11. verſ. Deus verè to. 4

tùm in Domino poſſumus abolere cupientes, componentes, ſcribentes, exponentes, tàm publicè, quàm privatè clàm proicientes in Domos, aut alio æquivalenti modo in lucem edentes tàm per Civitatem, quàm per Diœceſim, & quomodocumquè Complices in manifeſtando, & evulgando, itaùt unus etiam tantùm audiat, videat, vel legat aliquam Satyram, Libellum [a] Famoſum, Epiſtolam ſinè, aut mentito nomine Auctoris, vulgò dictæ *Lettere cieche*, vel Memoriale contra honorem, honeſtatem, vel bonam famam alterius, vel in deriſionem, & contemptum, aut ad alium effectum in Proximi præjudicium, & damnum; Excomunicationis latæ ſententiæ ſancimus pœnam, cujus abſolutionem, præterquàm in mortis articulo, Nobis ità reſervamus, ut eam relaxaturi non ſimus, niſi Scceleroſus infamator, ſcripto penitùs contrario, vel alio æquivalenti, ſed efficaci modo, illius, cui detractum fuerit, honori conſuluerit, & damnis refectis, ſi quæ forſitàn conſecuta ſunt, illi, ad arbitrium noſtrum plenè ſatisfecerit, ſub aliis etiam pœnis per Sac. Canones inflictis, & ſignantèr per San. me. B. Pium V. [b] & Gregorium XIII. contra Componentes tales Libellos famoſos, & à Sereniſſimo Magno Hetruriæ Duce indictis.

[a] *Cap. ex merito 6. q. 1. cap. ſumma q. 1. c. homicidior. de pœnit. diſt. 1. cap. omnis iniquitas de pœnit. diſt. 1. c. ſi quis 5. q. 1. Còc Elyberin. anno 305. can. 52. Conc. Trycaſſin an. 878. can. 7.*

[b] *B. Pius V. Cõſtit. 147. incipien. Romani Pontif. & aliis relat. per Pignatell. to. 4. conſult. 118. in fin.*

CAP. XL.

De Seminario Clericorum.

A*Doleſcentia in malum per ſe propenſa eſt*, advertit S. Joannes Chryſoſtomus, [c] dequè arridet etiam S. Ambroſius. *Vicina eſt lapſibus Adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatum, fervorem calentis inflammat ætatis.* Hinc eſt, [d] quòd niſi à tenerioribus annis rectè inſtituatur, curvetur ad bonum, & ad Pietatem, & Religionem informetur, adeò propendit ad vitia, ut cum Salomone dicendum cum lacrymis veniat. *Proverbium*

[c] *B. Jo. Chryſ. hom. 48 in Geneſ. in fin.*

[d] *S. Ambroſ. lib. de Viduis longè poſt init.*

verbium eſt: Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, [a] *non recedet ab ea.*

Sanctè igitùr Tridentina Synodus, & alia præcedentia Concilia, [b] in omnibus Cathedralibus, & majoribus Eccleſiis, ad morum debitam honeſtatem, ad Divini Cultus augumentum, collapſamque in Clero Diſciplinam reſtituendam, Puerorum Seminaria erigi, enixè ſtatuerunt, ut Adoleſcentes in eis, ab omni malorum occaſione ſemoti, tanquàm in fertili agro enutriti, Doctrinæ puritate, ac morum Sanctimonia ſuccreſcant, & pietate refulgeant.

Quia verò experientia nos docuit, quàm grave damnum evenerit huic noſtræ Dilectiſſimæ Eccleſiæ, ſpatio viginti duorum Annorum, Seminarium aliàs fundatum, eſſe clauſum, propter varias, urgenteſque cauſas; ideò, ſtatim [c] ac *audivimus, & vidimus oculis noſtris, ac perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt* diſciplinam plenè collapſam, corruptos mores, litteraſque neglectas, enixè deſideravimus illud denuò aperire, proùt, Deo dante, Nobis fælicitèr contigit.

Decernimus itaquè, & mandamus, ut Juvenes à Nobis electi, nec non inpoſterùm eligendi, in ipſo Seminarii ingreſſu, nec non ſingulis Annis ſpiritualia Exercitia peragant, Regulas à Nobis ſtatutas illibatè ſervent, & ad hoc, ut prædictæ Regulæ meliùs Adoleſcentium mentibus imprimantur, ab eis religioſiùs obſerventur, Rectorem hortamur, ut ſaltèm ſemèl ſingulis Menſibus, eas in Refectorio legi procuret, eoſdemque, in quantùm fieri poteſt, in Eccleſiaſtica Diſciplina inſtruat, Grammaticam, aliaſque bonas Artes doceat, curetque Sacramenta Confeſſionis, & Communionis, præſcriptis diebus frequentari, Orationem mentalem ſingulis diebus de manè per dimidium horæ, nec non Examen Conſcientiæ de ſerò quotidiè fieri, Officium B. Mariæ Virginis itidèm quotidiè recitari, omnia à Sacro Concilio, & à dictis Seminarii Regulis inſtituta perſolvi, & ſignantèr modeſtiam, & verecundiam, tàm in moribus, quàm in geſtu, inceſſu, omnique actione illibatè ſervari. *Omnis enim.* teſte

[a] *Proverb. c. 22. num. 6.*

[b] *Conc. Vaſionen. anno 529. can. 1. Toletan 4. an. 633. can. Aquiſgra. can. 135. Lateran. ſub Leo. X. ſeſſ. 9. de reform. & Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de ref. & S. Auguſt. lib. 17. de Civit. Dei c. 10.*

[c] *Epiſt. 1. Jo. cap. 1. num. 1.*

teſte Bernardo; [a] *ornatus ætatum, eſt verecundia, ſed in teneriori ætate ampliùs, pulchriùſque enitet.*

Sint Clericali Tonſura inſigniti, aùt de proximo ſignentur, habitu Clericali ſemper utantur, legitimo Matrimonio ſint nati, legere, & ſcribere competentèr noverint, & quorum Indoles, ac Voluntas ſpem afferat, eos Eccleſiaſticis Miniſteriis perpetuò ſervituros, [b] ſingulis diebus Miſſæ Sacrificio interſint, Cantum, Sacraſque Cæremonias diſcant. Admittantur Pauperes tantùm, & Divites tantùm contribuant, quantùm ad eos alendos, & ad onera Seminarii perferenda ſufficere poſſit, & ſint ætatis non minores duodecim Annis.

[a] *S. Bern. ſer. 86. in Cantic. in princ.*

[b] *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de reform.*

Hortamur inſupèr præfatum Rectorem, ut neminem, ſine ejus juſſu, ad Ædes Seminarii inferiores collocuturum cum Alumnis, & Convictoribus admitti faciat, nullique eorumdem Clericorum permittat, Nobis inſciis, tàm ad Prandium ire in aliena Domo, quàm extra Septa Seminarii pernoctare, aùt de die exire, etiam neceſſitatis cauſa, ſine ejuſdem licentia, & idoneo Comite.

Diſcoli, ſi qui forſan fuerint, malorumque morum ſeminatores, acritèr puniantur, & ſi arbitrio noſtro incorrigibiles judicentur, expellantur, abſque ſpe ulterioris receptionis in Seminario.

Omnibus Feſtis diebus in Cathedrali Eccleſia noſtra, cum Superpelliceo aſſiſtant Miſſæ Cantatæ, ac Veſperis Nobis pontificalitèr celebrantibus, ſivè aſſiſtentibus inſerviant, tàm Alumni, quàm Convictores, ut ità memores ſint cæleſtis Militiæ, cui à primo ingreſſu in Seminarium ſeſe manciparunt. Abſtineant ab omni publico ludo, & Converſatione nimis frequenti cum Sæcularibus, à Spectaculis, Choreis, atque Tripudiis, & ab omni delatione cujuſvis generis Armorum.

Singulis ſex Menſibus coram Nobis fiat Congregatio ſuper adminiſtratione rerum Seminarii, in qua interſit Vicarius Noſter Generalis, cum Adminiſtratoribus, tàm à Nobis Deputatis, quàm à Capitulo, &

Clero,

Digitized by Google

Clero, ibique proponatur ſtatus ejuſdem Seminarii, & reſolutio ſuper ejus utiliori gubernio capiatur, & ſi quid ardui occurrat inter medio tempore, quod commodam non patiatur dilationem, tempus anticipetur.

Singulis annis per Nos, ſeu Vicarium noſtrum, vel Deputatos, Prædia Seminarii viſitentur, nihilq; omittatur, quo in dies meliorentur, ac quicquid expediens fuerit, diſtinctè notetur, ut congruę executioni demandetur.

Rector in alicujus, ſivè Alumni, ſivè Convictoris familiaritatem non ſe inſinuet, nec quemquam privato complectatur ſtudio, ne ſit acceptor Perſonarum; curetque ſollicitè, ut in Refectorio, ac Dormitorio, ſtatis horis, ſilentium cuſtodiatur, & ad ea, quæ leguntur tempore Prandii, vel Cœnæ, diligentèr attendatur, nihil extra conſueta tempora comedatur, ut in Menſa ſit qui legat, & reſpectivè qui inſerviat; Litteras alicui ne mittant, ipſiſque miſſas, non aperiant, ſine ejus licentia. Cum in publicum exeunt, violacei coloris Veſtes induant, modeſtiam, & gravitatem ubique oſtendant, ſtudeant inter eos pacem, & concordiam ſervare, inter loquendum, alium ne carpant, ſivè quovis modo lædant, & ſi aliqua inter eos offenſiuncula ſuboriatur, omninò tollatur per Rectoris Prudentiam, & Charitatem. Honore invicem ſe præveniant, & cum civilitate ſumma ſe invicem proſequantur. A privatis amicitiis, nimiaq; inter ſe familiaritate omninò abſtineant, onuſque Rectoris ſit, qui aliàs fecerit, primùm corrigere ſuavitèr, deinde etiam punire, eos ſeparando, inquantum fieri poteſt, ubi viderit exceſſum.

Quas virtutes in aliis cernunt, eas in ſe ipſis exprimere, certatim contendant, qui aliquid minùs laudabile in quoquam perſpexerit, ſi alios inficere poteſt; Rectorem admoneant, ut quamcitiùs remedium adhibeatur.

Deniquè meminerint omnes, quòd niſi religiosè, & benè ſe gerant in Seminario, poſſunt eici ſemper, & quandocumque.

CAP.

CAP. XLI.

De Monialibus.

NUnc ad Virgines, Deo dicatas, ſermo noſter eſt convertendus: *Quarum quò ſublimior gloria, major eſt cura. Flos Eccleſiaſtici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, læta Indoles laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum. Dei Imago, reſpondens ad Sanctimoniam Domini, illuſtrior portio* [a] *Gregis Chriſti*: loquimur cum S. Martyre Cypriano.

Maximam itaquè Animi curam Moniales impendere debent, ut Cœleſtis Sponſus nunquam in ipſis inveniat, quod oculos ſuæ Majeſtatis offendat, juxta illud Hieronymi monentis. [b] *O Virgo agnoſce ſtatum tuum, agnoſce locum, agnoſce propoſitum, Chriſti Sponſa diceris, vide, ne quid indignum ei, cui deſponſata eſſe videris, admittas, citò ſcribit repudium, ſi in te vel unum videat Adulterium*. Orationi jugitèr intentæ, divinas, noctu, diuque cum Angelis canant laudes. Riſus, Colloquia, ſicut fas eſt, abhorreant. [c] Devotè ſingulis diebus, Sacroſancto Sacrificio interſint, Divinis Meditationibus quotidiè intellectum reficiant. Conſcientiam propriam examinent. Divinæ Bonitati de receptis Beneficiis grates rependant. Pœnitentiæ Sacramento ſæpiùs Animæ ſordes abluant. [d] Semel ſaltèm in hebdomada Angelorum Pane reficiantur. A Cratibus abſtineant, ſignantèr in Adventu, Quadrageſima, Pervigiliis, ac tempore Divini Officii, niſi in Caſu neceſſitatis: Hinc alloquens Virgines Nazianzenus Gregorius affatur. *Si amorem ſtrinxeris, totaque Deo conjuncta fueris ſurſum tendes, nunquàm humi prolaberis, nec difflues, tota Chriſto manebis, quouſque Chriſtum* [e] *Sponſum tuum videas*.

[a] S. Cyprian. de diſcipl. & habitu Virg. cap. 2.

[b] S. Hieron. Epiſt. 14. ad Mauritii Filiam poſt med.

[c] Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de Divin. Offic. Monial.

[d] Clementina in agro §. Sanè, de ſtatu Monac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 10. de Regular.

[e] S. Gregor. Nazianz. or. 31.

De

De Receptione Monialium.

[a] 1. Reg. c. 3. num. 6.

ECce Ego, *quia vocaſti me*, [a] è ſomno vocatus Samuel Dominum alloquebatur. Puella igitùr, quæ Religionem ingredi poſtulat, antequàm Capitulo Monialium proponatur, ſupplicem Libellum Nobis exhibeat, in quo ſuum ingrediendæ Religionis propoſitum exprimat, ut poſſimus, ex Trid. Decreto liberam ejus voluntatem explorare, & an habeat conditiones juxta Monaſterii, & Ordinis Regulam requiſitas.

[b] Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 17. de Regular. S. Congr. Epiſc. 6. Septemb. 1604

Ad habitum Religionis non aſſumantur, niſi honeſtis ſint ortæ Parentibus, & bonis moribus, bonique nominis in Civitate. [b] In Capitulo à Monialibus profeſſis per ſecreta Suffragia, quæ ſint ſaltèm medietate plura, acceptabuntur, & non priùs, quàm factus fuerit locus per veram, & realem vacationem, & duodecimum Annum expleverint, & Sacro Chryſmate ſint confirmatæ, & à Nobis prævio examine fuerint approbatæ ſuper ſequentibus Interrogatoriis, videlicèt.

De libera, & pia Puellæ Religionis ingrediendæ voluntate.

An precibus, aut minis Parentum, vel cujuſvis alterius inducta fuerit.

Quamdiù cogitaverit de ingredienda Religione.

Qua de cauſa Monialis fieri velit.

An Religionis vim, & pondus intelligat.

An ſit conſcia Votorum, quæ in ea emittuntur.

An Regulas novit, & Conſtitutiones Monaſterii, in quo profiteri cupit, & confidat ſe eas poſſe ſervare.

Item interrogetur de Doctrina Chriſtiana, an in ea ſit ritè, & rectè inſtructa.

An ſciat legere.

Electionem alitèr factam omninò annullamus, & Abbatiſſam, ſeù Miniſtram per ſex Menſes eo ipſo ab officio ſuſpenſam eſſe ordinamus.

Suſceptæ habitum Religioſum, non vacent ludis, nequè Choreis, & quæ alitèr fecerint, non admittantur

tantur per Annum, ad habitum Sanctum, ſed potiùs accedant cum humilitate, & modeſtia, nec nomen Gentilium fœminarum aſſumant, ſed Sanctarum in Martyrologio Romano exiſtentium.

Puellæ ſi quæ fuerint admiſſæ contra ſupradicti Decreti diſpoſitionem, iterùm, non obſtante prima acceptatione, ſecretis ſuffragiis erunt capitularitèr acceptandæ, & ſi fuerint reprobatæ, quod tunc intelligetur, cùm duas tertias partes votorum totius Capituli non habuerint, Domum remittentur, & quicquid nomine Dotis, vel Donationis receptum anteà fuerat, totum, & integrum illis reſtituetur.

Antequàm Monaſterium pro Sacro Habitu ſuſcipiendo ingrediantur, per decem dies Exercitia ſpiritualia peragant, & fiet pro eis totius Dotis reale Depoſitum in pecunia numerata, & actuali, non autèm in Bonis ſtabilibus, ſeù Cenſibus, penès Perſonam idoneam à Nobis eligendam, & deputandam, quæ [a] ad omne mandatum Monialium, abſque ulla exceptione, ſolvere teneatur, quam tamèn non ſolvet ipſis, niſi Profeſſione ſecuta.

Non liceat Monialibus recipere pecunias, vel aliquam rem anticipatè ad computum Dotis, neque ullus pro Puella aliquid dabit ad hujuſmodi computum, ſub pœna amiſſionis, reſpectu dantis, quo verò ad Moniales recipientes, ſub pœna privationis Officii, nec non vocis activæ, & paſſivæ, & aliis ad noſtrum arbitrium.

[a] *Congr. Epiſcop. 28 Martii 1568 Tambur. de Jure Abbatiſſ. diſput. 5 quaſt. 7. num. 2 Pellizar. de Mon. c. 3. ſect. 2 num. 60.*

Sorores germanæ, plùs quàm duæ in eodem Monaſterio habitum Regularem ſuſcipere, & profeſſionem emittere non poſſunt, ſine licentia Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & ſi tertia admittatur cum licentia, voce activa, & paſſiva intelligi debet ſemper carere, quouſquè utraque ex Sororibus germanis vixerit, tuncque ſuum dabit ſuffragium, quando altera ex ipſis mortua fuerit.

In ſingulis Monaſteriis certus, ac præſcriptus ſit numerus Monialium, quæ recipi, & ali reſpectivè poſſunt, juxta facultates, & redditus. Itèm earum,

Digitized by Google

quæ [a] dicuntur ſupra numerum, tàm Velatarum, quàm Converſarum: immò & Puellarum educandarum præfixus ſit numerus, nec ſupra dictum numerum recipiantur ullæ Velatæ Converſæ, ac educandæ, abſque licentia Sacræ Congregationis, qui numerus, aliàs præſcriptus ex Operariorum informationibus, & approbatus à Sacra Congregatione, hic eſt.

[a] Conc. Rhem. an. 813. can. 27. Mogunt. an. 813. can. 19. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular.

In Monaſterio S. Michaelis Archangeli Moniales 44. & Converſæ 6.

In Monaſterio S. Benedicti, nuncupato S. Mariæ Comitiſſarum, Moniales 60. Converſæ 10.

In Monaſterio Sanctæ Crucis, Moniales 38. Converſæ 6.

In Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ Santucciar. Moniales 44. Converſæ 6.

In Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis, Moniales 30. Converſæ 5.

In Monaſterio Sanctæ Claræ, Moniales 53. Converſæ 7.

In Monaſterio S. Hieronymi Pauperculárum, Moniales 45. Converſæ 5.

Converſæ, ſi quæ admittantur ſupra numerum, non modò Virgines erunt, ſed etiam iis qualitatibus præditæ, quæ ad tale munus ſunt neceſſariæ, & capitularitèr admittentùr per nota ſecreta, ac Velatæ, ſed cum Dote duplicata cum ſint ſupra numerum, debitoque tempore Profeſſionem paritèr emittent, & quod hic dicitur de Dote duplicata Converſarum, intelligendum venit, & de Monialibus ſupranumerariis Velatis.

Dos verò Converſarum, intra numerum, jure minor eſt ea, quæ à Monialibus Velatis perſolvitur, cum in partem Dotis computari debeat quotidianum ſervitium, quod ab illis præſtatur.

Dotes, quæ fuerint aſſignatæ pro Monialibus, aùt Converſis, intra numerum, poſtquàm illæ Profeſſionem emiſerint, cum noſtra licentia, poterunt expendi in uſus communes, & neceſſarios Monaſterii. Quę verò fuerint aſſignatæ pro aliis Supranumerariis, omninò

ninò inveſtientur in Bonis ſtabilibus, nec alitèr expendentur, ſine licentia Sac. Congregationis.

Novitiæ è Religione reſilienti, priùs quàm profiteatur, omnia reſtituenda ſunt, a quæ ipſa in ingreſſu Monaſterii dedit, una cum fructibus, ſi qui collecti ſunt, excepto victu, & veſtitu. Habitus tamèn Regularis non eſt ei reſtituendus, ſed ejus pretium.

Viduis, Conjugatis, vel Puellis vigeſimum quintum annum excedentibus, ut in habitu Sæculari in Monaſteriis degant, abſque Sac. Congr., aut Summi Pontificis facultate, non permittatur.

Viduas itèm ad Habitum Monacalem admitti non convenit, ſi autèm fuerint admiſſæ, Officia principalia, utpotè Abbatiſſæ, vel Miniſtræ, obire non poſſint, abſque Sac. Congr. licentia.

Tertiariæ Mulieres, quæ ad habitum Tertiæ Regulæ, juxta Decretum Sac. Congr., b de licentia Ordinariorum, ac ad Habitum dictæ Regulæ, & Virginalem, aut Cœlibem vitam expreſsè vovendam receptæ fuerunt, vel in poſterùm recipientur, videlicèt, quæ cum ex prævio diligenti examine coſtiterit, quòd probatæ ſint vitæ, ac bonis moribus præditæ, & ætatem quadraginta annorum excedant, & de proprio poſſideant ſufficientes redditus ad earum congruam ſubſtentationem, & in propriis, vel Conſanguineorum, ſivè Affinium ſuorum Domibus, & non alibi habitent; Velum ſupra Caput, Pectorale, ſeù, ut vulgò dicitur, *Sottogola*, & Scapulare, ideſt *Patientiam* non deferant, quòd ſi secùs fecerint, & dicta tria, vel aliquid ipſorum deferre voluerint; primò à ſuis Confeſſariis moneri volumus, indè ſi monitæ non dimiſerint, per Cenſuras Eccleſiaſticas parere compellimus. Eccleſiam, & Sacramenta frequentent, & ſe veſtitu, inceſſu, converſatione, ac moribus omnium bonorum præbeant exemplum.

Quod ſi præfatæ Mulieres Tertiariæ non habeant requiſita præſcripta per Lateranenſe c Concilium, privilegia, exemptiones, & immunitates per Summos Pontifices ipſis conceſſas, ſibi ſuffragari non poſſe, ſciant,

a Conc. Trid ſeſſ. 25. c. 16. de Regul. Sacr. Congr. Epiſc. pen. Barboſ. de offic. Epiſc. & poteſt. Epiſcop. allegat. 101. num. 39.

b Sac. Congr. Epiſcoporũ. 20. Decemb. 1616 penès Niccol. in floſc. verb. Tertiariæ.

c Conc. Lateran. 2. ſub Leo X. ſeſſ. 21 in fin. idem Pontif. Cõſtit. edit. 1. Martii 1518.

ſciant, & Regulares contra præſcriptam formam illas recipientes, & admittentes, ultra Suſpenſionis pœnam ab audiendis Confeſſionibus, quam incurſuros eſſe decernimus, Nobis reſervatam, apud eorum Superiores, & Sac. Congreg., etiam facto condignam ultionem repoſcemus.

De Profeſſione Monialium.

a S. Auguſt. ſerm. 49. de diverſis. c. 4. in med.

Malum eſt cadere à propoſito, ſed pejus eſt ſimulare propoſitum, [a] advertit S. Auguſtinus. *Qui ſocietatem communis vitæ, jam ſuſceptam, deſerit, à Voto ſuo cadit, & à Profeſſione Sancta cadit*. Nulla igitùr Puella novitia ad Profeſſionem admittatur, niſi poſt decimum ſextum ſuæ ætatis Annum expletum, [b] & totalitèr completo Anno probationis, à die ſuſcepti habitus, obtenta priùs à Nobis licentia, & prævio noſtro, vel Vicarii noſtri examine, & docto priùs, quòd ea ſit Sacro Chryſmate confirmata. Emiſſæ autèm Profeſſionis dies, Annuſque in Libro particulari adnotetur ab Abbatiſſa, ſeu Miniſtra, adhibita publici Notarii fide, vel ejuſdem Profeſſæ ſubſcriptione.

b Conc. Trid ſeſſ. 25. c. 17. de Regular.

Per Menſem, antequàm Novitia profiteatur, Præfecta Monialium Nos admoneat, ut iterùm de ejus voluntate diligens fiat examen, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, & ſi voluntas ejus pia, ac libera cognita fuerit, nec non habeat requiſitas conditiones, juxta Monaſterii illius Regulam, tunc profitebitur, ſin minus, remittatur ad Domum Conſanguineorum, vel Affinium. Hocque examen fieri debet ad Crates ferreas Monaſterii, niſi ex cauſa rationabili, cenſeremus alio in loco ejus voluntatem perquirendam eſſe; & ſi Præfecta, ante Menſem Epiſcopum non admoneat de tali Profeſſione facienda, utpotè in ſuo Officio delinquens, quamdiù Epiſcopo videbitur, ab Officio ſuſpenſa ſit.

Finito probationis Anno, antequàm Profeſſionem emittat,

emittat, Exercitia ſpiritualia per decem dies iterùm peragat, ut accuratiùs inquirere poſſit, an ipſi verè expediat profiteri, & iterùm acceptetur per ſecreta Suffragia, ſaltèm per duas ex tribus partibus Monialium.

Sciant omnes, renunciationem, aut obligationem à Novitia factam, etiam cum juramento, vel in favorem cujuſcumque Cauſæ piæ, nullo pacto a valere, niſi de noſtra, ſeù Vicarii noſtri licentia, & niſi fiat intra duos Menſes proximos, ante Profeſſionem. *a Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de Regular.*

A tempore ſuſcepti Habitus, uſque ad Profeſſionem, debebunt Conſanguinei, vel Parentes ſuis Puellis victum, ac veſtitum ſubminiſtrare, non obſtante, quòd Dotem jam depoſuerint.

In locorum optione inter Novitias, in Monaſteriis facienda in poſterùm, rationem haberi volumus ad tempus, quo Profeſſionem unaquæque emiſerit.

Forma autèm Profeſſionis cujuſcumque Monialis ſequens eſt.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

IO Suor N. prometto à Dio, e alla Santiſſima Vergine Maria, à S. N. Padre noſtro, e à tutti i Santi, in mano di Monſig. Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Veſcovo, overo in mano di N. per ſua Signoria Illuſtriſſima, di vivere nella Religione in Caſtità, Povertà, & Obbedienza perpetua, obligandomi di più di oſſervare perpetua Clauſura. Pregando noſtro Signore Iddio, che ſiccome ſi è degnato chimarmi a queſta Santa Religione, così voglia concedermi grazia abbondante di oſſervare le Regole di eſſa, ed Iſtituto ſuo.

De

De Regulari Monialium obſervantia.

a S. Atha. de Virg. circa med.

b Clementina Exuii § cum igitùr de verbor. ſignificat. Conc.Trid.ſeſſ. 25. cap. 1. de Regular.

c Clement. 1 de celebr. Miſſar. Conc. Aquile. cap. de Monial.

BEata [a] *Virgo, quæ ſub Regula eſt, eſt enim tanquàm Vitis fœcunda in Horto, ad quam veniens Cultor ejus, Palmites ipſius putat, illamq; irrigat, & putridas herbas circumcircà evellit*, ſcribit S. Athanaſius. Monialibus igitùr omnibus, noſtræ Juriſdictioni ſubiectis, precipimus, ut ad Regulæ, quam profeſſæ ſunt, preſcriptum, [b] vitam inſtituant, & fidelitèr obſervare procurent, & præcipuè, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt, illius Regulæ, & Ordinis peculiaria Vota.

Omnes Chorum diù, noctuque, ſtatis horis, piè, ac devotè frequentent, [c] nulla prorsùs excuſetur, niſi quam legitimè impeditam, Præfecta iudicaverit. Adſint ſingulæ initio Divinorum Officiorum, congruenti ſui Ordinis veſtitu indutæ, in ſuis propriis locis, & uſque ad finem perſeverent, non priùs diſcedentes, quàm Præfecta diſceſſus ſignificationem fecerit, dummodò neceſſitas aliud non poſtulet. Pſallant diſtinctè, ſedatè, compoſita voce pronuncient, non dormiant, nequè dormitent, nec evagentur, riſus, colloquia, & quicquid indignum eſt Divina Majeſtate, omninò amoveatur.

Divina Officia per ſe ipſas canant: Permittimus tamèn in earum Solemnitatibus, ad Miſſas, & Veſperas decantandas, adhiberi poſſe Muſicos noſtræ Cathedralis.

d Clemẽt. ne in Agro § ſanè de Statu Monac. Conc. Trid ſeſſ. 25. cap. 10. de Regular.

Præter dies Feſtos ſolemnes, ſaltèm ſingulis Menſibus peccatorum ſuorum Confeſſionem facere, ac Sacram Euchariſtiam ſumere, in Domino [d] admonemus.

Ultra Horas Canonicas, aliaſque Orationes, quas ex præſcripto Regulę tenentur perſolvere Moniales omnes, tàm Velatæ, quàm Converſæ, ſaltèm per mediam horam, poſt Matutinum, niſi neceſſario detineantur impedimento, Orationi mentali vacent quotidiè, & per aliam mediam horam poſt Completorium,

torium *ſicut enim Corpus, quod Aeris perfruitur puritate, ſaniùs eſt*, proloquitur S. Joannes Chryſoſtomus, *ſic Anima fit ſapientior* [a] *meditationibus enutrita*.

Diebus Feſtis, ut Otium, à quo mala cuncta procedunt, evitetur Moniales, peractis conſuetis Orationibus, in Sacra aliqua Lectione detineantur, quæ viam Perfectionis ipſis demonſtret, ac in Dei, & ſui ipſius cognitionem eas conducat.

[a] *S. Jo. Chryſoſt. homil. 2. in Opere imper. poſt med.*

Singulæ Moniales, & Converſæ ſingulas Cellas habeant, diſcretas ſaltèm per Telas, in Dormitoriis communibus, ibique degent, neque ulla admittetur de novo, niſi aliqua de prædictis Cellis vacet.

Converſæ particulares nulli Monialium concedantur, niſi propter infirmitatem, aut Senectutem, ſed ad nutum amovibiles ſint, & ex induſtria quandoquè amoveantur, aliæque ſubſtituantur.

Ad Benedictionem Menſæ omnes conveniant, loco, & ordine ſuo diſcumbant, ſilentium ſervent, lectioni auditum præſtent, nequè priùs diſcedant, quàm Deo gratiæ, de more, actæ fuerint.

Quæ præpoſitæ ſunt curæ Ægrotantium, maxima, qua poſſunt charitate, patientia, ac diligentia inſerviant, taleſque ſe Infirmis præbeant, quales vellent cum ſe cæteras, ſi ipſæ ægrotarent. Ipſa verò Præfecta Infirmarum charitatis cauſa, quotidiè eas viſitet, ut & ſolatio Sorori ſit, meliùſque ab ea cognoſcat, ſi quid opus habet.

Clementis VIII. & aliorum Summorum Pontificum Conſtitutionibus, contra perfidos Hebræos emanatis, inhærentes, omnibus utriuſque Sexus Chriſtifidelibus, Curæ noſtræ commiſſis, & præcipuè Sanctimonialibus, in virtute S. Obedientiæ, & ſub, pœnis in dictis Conſtitutionibus comminatis, ſtrictè præcipimus, & præcipiendo mandamus, quatenùs ſe abſtineant à converſatione, & familiaritate eorumdem Hebræorum. Et meritò contra hujuſmodi noſtræ Sanctæ Fidei Catholicæ perverſos Inimicos, à Sacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatione emanavit Decretum, prohibens ipſis acceſſum ad Monaſteria Monialium

nialium, etiam ſub prætextu emptionis, & venditionis: idcircò & Nos prohibemus Hæbreis accedere ad prædicta Monaſteria, abſquè expreſſa noſtra licentia in ſcriptis, ſingulis vicibus concedenda, in quo valdè erimus delicati, ſi quid alitèr fiat, gravis animadverſio, tàm contra Monialem, [a] quàm contra Hæbreum excipiet.

a Clem. VIII Conſt. Cong. Epiſc. 28. Novēb 1594.

Sanctimonialibus Monaſteriorum, noſtræ Diœceſis, ſub pœna peccati mortalis, ſtrictè prohibemus, ne audeant ſe principalitèr ingerere, & eſſe principales Mediatrices, tàm in tractandis, quàm in concludendis Matrimoniis.

Colloquentes cum Sanctimonialibus de rebus obſcenis, actuſque inhoneſtos, coram eis perpetrantes, impuraſque litteras eiſdem ſcribentes, ab hujuſmodi patratu, Nobis tantùm abſolutionem reſervamus.

Acceſſus Regularium ad Monaſteria Monialium, ex Decreto Sacræ Congregationis omninò prohibetur, ſub pœnis privationis Officiorum, ac vocis activæ, & paſſivę, ipſo facto incurrendis, aliiſque ejuſdem Sacrę Congregationis arbitrio; [b] etiamſi per quodcumque modicum temporis ſpatium, cum Monialibus, aliiſque intra Clauſuram degentibus alloquantur; contraria enim opinio erronea, & ſcandaloſa declarata fuit per dictam Sacram Congregationem iuſſu Clementis Papę IX. 11. Maii 1669. dictoſque, Regulares peccare mortalitèr, excommunicatos eſſe, aliiſque pœnis ſubjacere.

b Sac. Congr. de Mandat. Vrbani VIII. 20. Novemb. 1623

Illis verò Regularibus, quibus per quatuor vices ad ſummum quolibet anno concedetur licentia, ut Moniales conſanguineas in primo, & ſecundo gradu convenire, & alloqui poſſint, ſervabunt ad unguem formam licentię Nobis præſcriptam, videlicèt ut illas non adeant diebus Feſtis, nec tempore Adventus, & Quadrageſimę, nec Feriis ſextis, & Sabbatho, nec in Vigiliis, cum aliis requiſitis pręſcriptis in Regularibus.

De

De Electione Officialium.

ABbatiſſa ſtudeat aliis praeeſſe Virtutibus, & ſanctis moribus, quàm officio, ut ejus exemplo provocatæ Sorores, potiùs ex amore obediant, quàm timore; monitum eſt S. Franciſci in prima Regula S. Claræ. [a] Hinc igitùr eſt, quòd Moniales in electione Officialium, propria depoſita inclinatione, [b] ſibi Dei gloriam, & communem Monaſterii utilitatem proponentes, ad honores, & officia eas eligant, quas magis idoneas in Domino eſſe, judicaverint.

Nulla ambiat, aut ullo quovis modo, ſivè directè, ſivè indirectè, per ſe, aut per aliam procuret honores, aùt Officia cujuſvis generis.

a S.Franc.in Reg.1.S.Claræ c.4. ante med.
b Conc.Catalaun. an.813. can.52.

Abbatiſſa, ſeù Miniſtra, quocumque nomine appelletur, non eligatur minor quadraginta annorum, & quæ octo ſaltèm annis poſt exactam profeſſionem laudabiltèr vixerit, juxta Decretum S. Gregorii Papæ dicentis, [c] *Juvenculas Abbatiſſas fieri, vehementiſſimè prohibemus*, quod ſi in eo Monaſterio talis non reperiatur, eligatur ſaltèm quæ trigeſimum annum exceſſerit, & quinque ad minimùm annis poſt Profeſſionem, cum omnium ædificatione vixerit.

Tàm Abbatiſſæ, quàm aliarum Officialium electio, fiet per vota ſecreta, itaùt ſingularum eligentium nomina nunquàm publicentur, & ad electionem Abbatiſſæ ne deveniatur, niſi per menſem ante certiores redditi ſimus; [c] neque fiet abſque noſtra licentia, vel Vicarii noſtri, qui Clauſtra Monaſterii ad hoc non intrabit, ſed ad Feneſtellam, cratis in Eccleſia exiſtentem, vota ſingularum audiet, & accipiet, & referet Cancellario.

b S.Greg.lib 3.in Regiſt.indict.12. Epiſt. 11. ad Maximian. Epiſcop. Conc.Trid.ſeſſ. 25. cap.7. de Regular.

c Cap.Indemnitatis de elect.in 6.Conc. Trid.d. cap.6. ſeſſ.25. de Regular.

In iis Monaſteriis, in quibus plures Germanæ Sorores ſunt, ſi earum una in Monaſterio præficiatur in Superioriſſam, reliquę Sorores, neque Vicarię, neque Janitrices fieri, neque Scribę, aut Cellarię Officio fungi poſſint.

Abbatiſſarum, ſeu Miniſtrarum, vel aliarum Officia, uſquè ad biennium durent, quo elapſo, pręeſſe

 deſinant

deſinant, & alterum triennium, à die finitæ adminiſtrationis, ab Officiis vacent, ad præſcriptum Conſtitut. Gregorii XIII. a niſi diſpenſationem à Sac. Congregat. obtineant.

a Greg. XIII Conſt. quæ incipit. Expoſuit 1. Jan. 1583

In quocumque Monaſterio, juxta numerum Monialium, eligantur ſex Diſcretæ, vel ad minùs quatuor, quæ ętate, probitate, prudentia, cęteras antecellant, & earum conſilio, Præfecta graviora Monaſterii negocia peragat.

Auſcultatrices, & Janitrices, ſimilitèr ætate, ac probitate ſpectata, eligantur quatuor, vel ſex, a habito reſpectu ad numerum Monialiam, quarum duę ſemper ſermonibus audiendis, ita adſiſtant, ut quicquid tùm intus, tùm foris dictum, factumve fuerit, ipſæ audiant, nequè aliquid in ſecreto proferatur, ut ab eis audiri nequeat, aut aliquid dignum Ancillis Dei, aut fieri patiatur, in quo earum conſcientiam oneramus, ſi ſecùs fecerint, gravitèr, arbitrio noſtro, punientur,

In quovis Monaſterio, ex Sac. Congr. Decreto, eligatur quotannis Magiſtra Novitiarum, quæ eas in ſpiritu, & obſervantia Regularum cautè inſtruat, & hæc una illas inſtituat, non autèm aliæ, ſivè Conſanguineę, vel Affines in quovis gradu, & locum, à cęteris Monialibus ſeparatum habebit, in quo Novitias, in timore Dei, in obſervatione Regulæ, verbis, & vitæ exemplo erudiat, quòd ſi alię inſtruere pręſumpſerint, voce activa, & paſſiva, arbitrio noſtro, privabuntur.

Electę ad quęlibet Officia, quemadmodùm Obedientia poſtulat, ea ſuſcipiant, & ſine recuſatione propria munera exequantur, quæ ſine juſta cauſa, per Nos approbanda, pertinacitèr recuſaverint, arbitrio noſtro, punientur.

Abbatiſſa, tanquàm communis omnium Mater, diligentiſſimè curet, & Animę, & Corpori Monialium providere, ut pax, & concordia inter eas pro viribus ſervetur, & ſic tollat, in quantum fieri poteſt, omnia diſſidia, & diſcordiæ cauſas.

De

De temporali Regimine Monaſterii.

V*Igilanti adminiſtratione curandum eſt ut Monachi panem ſuum, qui communis eſt, gratis manducent*, fatur Auguſtinus [a] loquens de Monachis ſui temporis. Si ergo vigilans, & diligens eſſe debebat bonorum Monachorum temporalis adminiſtratio, multò magis conveniens eſt, ut talis ſit etiam illa Bonorum Monialium, nè diſtractę, ſub quæſito colore inquirendi redditus, undè vivere poſſint, ab illa perfectione divertant, quæ principalis ipſarum ſcopus eſſe debet.

[a] *S. Auguſt. de oper. Monac. c.25. poſt med.*

Quia autèm numerus Monialium Converſarum, & Puellarum, quæ in Monaſteriis degunt, debet eſſe præfixus, ut ſuprà innuimus, juxtà facultates, & redditus ejuſdem Monaſterii, in quibus alendæ ſunt: ſtatuimus proindè, ut Cameraria, ſeù Depoſitaria, vel Procuratrix, quæ ſingulis annis eſt eligenda, omnes ejuſdem redditus, & obventiones quaſcumque, tàm in frumento, quàm vino, ſivè pecunia, & quovis alio introitu, ad Monaſterium quoquo modo ſpectanti diligentèr in libro rationum ad hoc deſtinato deſcribat, ſicut etiam exitus, & expenſas omnes, eumque librum circa finem ſui Officii Nobis tradat recognoſcendum, proùt etiam Operariis, vel Reviſoribus Synodalibus, ut rationes benè ſubducantur, tàm introitus, quàm exitus, pro prudenti ejuſdem Monaſterii regimine, noſtrumque erit, inutiles, ac ſuperfluas expenſas in poſterùm reſecare, ut potiùs earum Capitale augeri poſſit, quàm diminui. Poſtquàm verò recognitus eſt liber iſte, in Archivio Monaſterii cuſtodiendus reponatur.

Venditiones, Contractus, & Emptiones, ſivè permutationes de rebus ad Monaſterium ſpectantibus, ſine Noſtro conſenſu, & Operariorum, nullatenùs fiant, ſub arbitrariis pœnis, & à Nobis obtenta licentia, quidquid agendum eſt, proponatur in Capitulo per ſecreta Suffragia.

Pro ornandis Eccleſiis Monialium, commodato

nihil petant, ut caſu ſubtractum, vel deficiens, ipſę inquietari non debeant, ſed propriis ornamentis ſint contentæ, eaque ſimilitèr aliis non commodabunt, ſine noſtra licentia.

De Clauſura Monialium.

a Cantic. c. 4 num. 12.

b Gilib. Abb. ſer. 35. in Cantic.

c Cap. periculoſo de Statu Regul. in 6. cap. definimus 18. quæſt. 2. Concil. Cabyllon. 2. can. 37. Matiſcon. 1. can. 2. Arelat. can. 7. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular. B. Pius V. Conſt. quæ incip. Circa paſtoralis, & alia, quæ incip. Decori.

HOrtus concluſus Soror mea Sponſa, Hortus concluſus, loquitur Sponſus de Anima Sancta; [a] ideòq; non ſemèl contentus de Clauſura ipſius, bis repetit, *Hortus concluſus*, ut innuat hac ſua geminatione, quàm exacta eſſe debeat Clauſura Monialis, ad quod alludens Gilibertus Abbas, proloquitur. [b] *Hortus eſſe neſcit, qui neſcit eſſe concluſus.*

Decori igitùr, & honeſtati omnium Sanctimonialium in Civitate degentium conſulentes, omnibus, & ſingulis Monialibus, præſertim Abbatiſſis, ſeù Miniſtris, præcipimus; [c] ut quæ de Monialium Clauſura, deque ad eam reſtituendam, tuendam, & conſervandam, aliqua ratione pertinentibus, Summi Pontifices piè ſanxerunt, & S. Tridentina Synodus decrevit, Noſque in hac prima noſtra Diœceſana Synodo ſtatuimus, diligentiſſimè obſervent, ipſæq; Præfectæ cæteras Moniales, ad ſummam omnium horum obſervantiam, non minùs exemplo invitent, quàm auctoritate compellant. Intra Monialium Clauſuram, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum tenere, ſed benè in Eccleſia publica prohibet Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 10.

Nulla Monialis, ſivè Profeſſa, ſivè Converſa, audeat violare Clauſuram, ſub pœna Excommunicationis, ipſo factoincurrendæ, & Summo Pontifici reſervatæ, ut in Bulla B. Pii V. quæ incipit *Decori*, qua lege ſimilitèr tenentur Puellæ, quæ in Monaſteriis educantur, proùt etiam Nuptæ, & Viduæ, ſi quæ forsàn Monaſteria ingredi permiſſæ ſint.

Nullum Monaſterium plures Portas habeat, quàm duas, quibus in Septa Monaſterii pateat aditus, quarum

rum una Jumentorum ingreſſui, altera cæteris Monaſterii uſibus inſerviat, utriuſque Oſtii Valvæ, ex duplicibus, firmiſque aſſeribus conſtruantur ſine ulla prorsùs rimula, undè aſpectus, audituſvè ulla ratione pateat. Limina itidèm ex ſolo lapide confecta ſint, quæ tàm aptè conjungantur, ut cum Porta clauſa fuerit, ne minima quidèm res intromitti poſſit. Unicuique Portarum harum Claves duæ ſint, quarum altera à Præfecta, altera ab antiquiore Profeſſa, ſeù Vicaria teneatur.

Januæ non aperiantur niſi ex aliqua neceſſaria cauſa, & hoc non niſi coram Abbatiſſa, vel Vicaria, aùt aliis duabus Janitricibus ad januæ cuſtodiam deſignatis, quæ ſemper aſſiſtere debent, & tùnc Moniales non audeant eo accedere, ut cum aliquo alloquantur, & noctis tempore nullo pacto aperiantur, niſi urgentiſſima neceſſitate.

Porta Clauſuræ nullis omninò aperiatur, niſi pro introducendis Perſonis cum licentia noſtra, vel rebus neceſſariis, quas Rotæ non capiant, proùt etiam non aperiatur occaſione collocutionis, vel Viſitationis, [a] ut ſæpiùs ſancivit Sac. Congregatio.

Qui Vinum pro uſu Monaſterii, vel Aquam pro Infirmis, vel pro alia neceſſitate convehunt, Monaſterium ingredi, niſi interdiù, nullatenùs permittantur.

Confeſſarios, Medicos, Chyrurgos, & alios, quos ex neceſsitate intra Clauſuram, pro tempore admitti oportet, ubi ingreſſi fuerint, ſemper Comitatrices aſſocientur, dato priùs ſigno Campanæ, [b] ut cæteræ Moniales recedant.

Janitrices, & quæ Sacriſtiæ curam habent, proùt etiam Comitatrices, quæ ingreſſos aſſociantur, quadraginta Annos non minùs habeant.

Ad conficiendum panem, vel etiam excernendam Farinam, nemo Monaſterium intret, [c] & ſi alia de cauſa urgenti, vel neceſſaria intraverit, iſtiuſmodi operam ne præſtet.

Pueri, & Puellæ cujuſvis minimæ ætatis non recipiantur

[a] *Sac. Congr. Conc.* 16. *Mar.* 1593. 10 *Jan.* 1595. 4. *Maii* 1604. 4. *Maii* 1650. 24. *Jan.* 1655.

[b] *Sac. Congr. Epiſc.* 12. *Octobris* 1592.

[c] *Ead. Sacr. Cong.* 12. *Octob* 1592.

piantur intra Septa Monaſterii, etiàmſi per Rotam transire poſſint, [a] ideòq; juxta Decretum Sac. Cong., illorum admiſſionem prohibemus.

[a] *Sac. Cong. Epiſc. 12. Feb. 1585.*

Operarii, Factores, & Famuli non debent ingredi Clauſuram, niſi in caſu neceſſitatis, pro quo tantùm intelligi debet facultas, quam fortè habent à Nobis, ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ per [b] Gregorium XIII.

[b] *Greg. XIII. Conſt. quæ incip. Ubi gratiæ.*

Cum Clauſtrales quædam opera neceſſaria per ſe ipſas explere non valeant, ac proindè Sæcularium adjumento indigeant; Monialium Superioriſſis præcipimus, ut quandò intra Clauſuram, Artificem, Architectum, vel Opificem alium admittere contigerit, licentiam à Nobis in ſcriptis obtentam, priùs perlegant, & illis, eorumque opera in iis ſolummodò locis, & pro iis tantùm Operibus, in licentia expreſſis, utantur.

Et generalitèr ingredi Septa Monaſterii, nemini liceat, cujuſcumque generis, conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine noſtra in ſcriptis licentia, ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ, [c] & Sedi Apoſtolicæ reſervatæ.

[c] *Greg. XIII. d. Conſt. Pauli V. Cōſt. quæ incip. Monialiū. Conc. Trid. ſeſſ. 2. c. 5. de Regul.*

De Monialium Confeſſariis.

QVi benè præſunt Presbyteri, duplici honore habeantur, maximè qui laborant in verbo, & Doctrina, monitum eſt Apoſtoli ad Thimotheum, [d] & S. Joannes Chryſoſtomus diligentiſſimus S. Pauli Interpres ſubdit. *Multùm [e] enim omninò ad Eccleſiæ ædificationem confert, ſi Sacerdotes Doctrinæ gratia polleant, quæ, niſi adſit, plurima Eccleſiaſticæ Diſciplinæ peribunt.*

[d] *1. Ad Thimot. c. 5. n. 17.*

[e] *S. Jo. Chryſoſt. homil. 15. in 1. ad Thim. poſt init.*

Cum igitùr ſummoperè conferat ſpirituali Monialium profectui, quod ipſis aſſignetur Pius, Prudens, Doctus, ac Diſcretus Confeſſarius, qui eas in Domino dirigat; hinc maxima Nobis ſemper erit ſollicitudo, ut talis ipſis aſſignetur.

Nullus Sacerdos, ſivè Sæcularis, ſivè Regularis, quan-

quantumvis aliàs ad Confeſſiones approbatus, audeat Monialium Confeſſiones audire, niſi à Nobis ſpecialitèr illi Monaſterio fuerit deſtinatus, & pro eo approbatus, ſub pœna Suſpenſionis à Divinis, ipſo facto incurrenda, aliiſque [a] arbitrio noſtro.

[a] *Greg. XV. Conſt. quæ incip. Inſcrutabili.*

Cum multæ in hujuſmodi Officio obeundo periculi circumſtantiæ occurrant, Prudentia non modica requiritur. Hinc Confeſſarius non curet Moniales cognoſcere, nec earum nomina ſcire queat, ſemper accedat ad audiendas Confeſſiones, perindè ac ſi prima vice ad eas veniſſet, & nunquàm cum illis, alios habeat ſermones, quam illos, qui ad eorum ſpiritualem profectum reſpiciant. Peculiaris propenſionis affectum uni magis, quàm alteri non oſtendat, abhorrebit prorsùs, ne ulla peculiari affectu erga ipſum teneatur, quod ſi ex verbis, aliavè conjectura hoc cognoſcere poterit, adhibita gravitate, & libertate ſermonis, ſollicitam morbo medicinam adhibebit.

In Confeſſionibus tempus, quam æquiſſimè poterit, omnibus diſtribuat, neque detinere diutiùs magis unam, quàm aliam curet, ſecluſa tamèn particulari aliqua indigentia, ne partialis videatur.

In interrogationibus faciendis, & ſignantèr in rebus, Votum Caſtitatis reſpicientibus, prudens, & cautus ſit, ne ſibi, aut Pœnitentibus laqueum iniiciat. Monialibus ad Confeſſionem accedentibus, magnam exhibeat confidentiam, ut candidè, & ſincerè ſuos manifeſtare poſſint exceſſus.

Confeſſiones audiat in Eccleſia in loco patenti, ac in Sede ſolita. Ad Feneſtellam Confeſſionis affixę ſint duæ laminę ferreę, minutis foraminibus perforatę, ac linea Tela, ut indè tantùm audiri, aſpici verò nultatenùs Moniales poſſint.

Euchariſtię Sacramentum adminiſtret ad Feneſtellam Communionis, quę alta ſit cubito uno, lata verò integro palmo; binis Seris, & Clavibus, intrinſecùs, & extrinſecùs occludatur, Claviſque exterior penès ipſum maneat Confeſſarium, interior verò penès Abbatiſſam, ſivè Monialem ſeniorem.

Clau-

Clauſuram non ingrediatur, niſi ad Sacramenta Pœnitentię, Euchariſtię, Extremę Unctionis adminiſtranda, & ad ſpiritualem opem Agonizantibus pręſtandam, *a* & tunc ſemper ſolus ingrediatur, & Superpelliceo, & Stola indutus, & ſociatus à duabus Senioribus, ac recta via eat, & redeat, nec divagetur, etiam occaſione viſitandi alias Infirmas, quibus Sacramentum non ſit miniſtrandum, ſub pœna Excommunications latę ſententiæ, & Sedi Apoſtolicę reſervatę per Bullam Gregorii XIII. *b* ne dum ipſi ingredienti, ſed & Monialibus admittentibus, & ſi miniſtrata Extrema Unctione Moniali infirmę, illam in evidenti mortis periculo eſſe cognoſcat, & ſic eam relinquere non judicet, circa quod illius Conſcientiam oneramus, hoc tamèn adimpleat, remanendo cum Superpelliceo, & Stola, & cum aſſiſtentia Abbatiſſę, & duarum ętate gravium, ad limites dictæ Bullę Gregorii XIII., cum onus illi aſſiſtendi, hoc caſu, illamq; piis verbis confirmandi, proprium Sacerdotis videatur.

a Sac. Cong. Epiſc. 13. Septembris 1593.

b Greg. XIII Conſt. quæ incip. ubi gratia.

Ægrotantium Monialium Confeſſiones, apertis Cellę Foribus audiat, itaut Comitatrices poſſint Infirmam, & Confeſſarium videre, non tamèn audire, & ſuper hoc ſervandam pręcipimus Litteram circularem Sac. Congr. Epiſcoporum, ſub San. mem. Innocentii XI. confeſſaque *c* Infirma, alterius non infirmę Confeſſionem non audiat, ſub pœna Suſpenſionis à Confeſſionibus, ipſo facto incurrenda.

c Lit. Circul. Sac. Cong. Epiſcop. de ord. Innoc. XI. 21. Martii 1682.

Victus dietim Confeſſario non adminiſtretur à Monialibus, ſed ex ęre Monaſterii ſtatuatur ei idonea proviſio, juxta Decreta particularia, aliàs emanata.

Viciſſitudinem munerum, quantùmvis exigui valoris cum Monialibus, ſciat ſibi interdictam, ſub pœna Suſpenſionis à Confeſſionibus, & aliis, arbitrio noſtro infligendis.

Monaſterii, aut cujuſcumque Monialis negociis non ſe immiſceat, quę non ſpectent ad ejus Officium, nec ad Crates, ſeu Rotas colloquatur, niſi, ut ea petat, quę Sacramentorum adminiſtrationi, & Divinorum Officiorum celebrationi, ſint neceſſaria.

Caveant

Caveant Confeſſarii Monialium, ne aliquid de earum Regula immutent, aut nova onera recitandarum precum, vel aliud ſimile illis in commune imponant, ſine noſtra licentia.

Advertant inſupèr Moniales, non poſſe ad ſuum libitum eligere ſibi Confeſſarium, nec etiàm tempore Jubilæi, juxta Decretum Sacræ Congregat. Concilii 3. Octobris 1671. licèt regularem, vel aliàs approbatum.

Nullus, ne Confeſſarius quidèm Clauſuram ingrediatur, ad Cellas, vel alia loca benedicenda, ſivè in die Sabbathi Sancti, ſivè alio quovis tempore.

Non committat clavem Cuſtodiæ Sanctiſſimi Sacramenti Monialibus, ſed penès ſe ſemper retineat.

Si ſciat Confeſſarius, Infirmas in Monaſterio poſſe ad Confeſſionale accedere, nullo modo audeat Monaſterium ingredi.

Elapſo triennio, Confeſſarius, alio ſubrogato, omninò mutetur, [a] nec deinceps, niſi debita cum licentia Moniales alloqui poterit, multòque minùs earum Confeſſiones audire.

[a] *Sac.Congr. Epiſc.15. Feb. 1593.*

Ut autèm libertati confitendi, quantùm poſſibile eſt, favere videamur, Sacri Concilii Tridentini veſtigiis inhærendo, ſtatuimus, [b] ut ter in Anno, vel bis, licèt irrequiſitis, & reluctantibus Confeſſariis ordinariis, Extraordinarius deputetur, coram quo omnes omninò volumus comperare, non tamèn cogentes, ut ipſi confiteantur; ſed dumtaxàt, ut ipſum recognoſcant. Si quis autèm auſu temerario tentaverit impedire hanc Confeſſarii extraordinarii petitionem, conceſſionem, vel acceſſum, gravitèr, arbitrio noſtro punietur.

[b] *Conc.Trid. ſeſſ.25.cap.10. de Regular.*

Inſupèr, ſi Confeſſarius ordinarius quocumque tempore, vel modo ſignificaverit, ſibi diſplicere hunc Extraordinarii acceſſum, ſivè petitionem, & vel non liberè, & integrè, ſed tantùm perfunctoriè, & per tranſennam ipſi confitendum, in Aures Monialium inſuſurrare tentaverit, intelligat, ſe perpetuò ſuſpendendum ab audiendis Confeſſionibus, vtpotè

ſe opponens libertati Confeſſionis.

Antequàm extraordinarius Confeſſor incipiat audire Confeſſiones, Abbatiſſam, ſivè Miniſtram alloquatur, ut ab ea recognoſcat, & inſtruatur de his, quæ ad Religionem, & Monaſterii profectum ſint neceſſaria.

Non ſe Confeſſario ordinario intimum, ac familiarem indicet, ejus tamèn auctoritatem, ſalva conſcientia, omni ſtudio tuebitur, ejus dicta, vel facta nunquàm carpet, quinimmò excuſabit illum prudentèr in iis, quæ fortè illi à Monialibus obiiciuntur.

Eo tempore, quo Confeſſor extraordinarius adeſt, quàm rariſſimè ordinarius accedat ad Confeſſiones audiendas, ipſiuſque partes præcipuè erunt, paterno charitatis amore Pœnitentes audire, omnem perturbationem amovere, pacem, mutuamque dilectionem inter eas firmare, Superioriſſis, ac Subditis, debitas vices reddere, eaque omnia peragere, quæ ad earum profectum conducere poteſt.

Non interroget Moniales de nomine, cognomine, ac Patria, ut magìs libera ſit Confeſſio, nec aſſumat tractanda ullius negocia temporalia, & ſi de hoc requiratur, prudenti dexteritate ſeſe eximat.

De Voto Paupertatis.

Beati Pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum, promiſit Chriſtus Pauperibus, [a] & ad hoc reſpiciens Auguſtinus, affatus eſt. [b] *Fœlix Paupertas, per quam Cœleſtis acquiritur hæreditas. Fœlix commercium pro perituris æterna recipere, & quod ineffabile donum eſt, cum Chriſto ſine fine regnare.* Talitèr igitùr Paupertatem Religionis fundamentum Moniales colere debent, ut nihil tanquàm proprium, ſeù independentèr à Superioris voluntate valeant poſſidere, nihil commodare, alienare, dare, vendere, recipere,

[a] *Matth. c. 5 num. 3.*

[b] *S. Auguſt. de contemptu mundi cap. 7. in fin.*

re, niſi licentia [a] priùs obtenta.

Quia verò Votum Paupertatis nihil proprii admittit, Synodalibus Decretis noſtrorum Prædeceſſorum inhærentes, mandamus omnibus, & ſingulis Monialibus noſtræ Diœceſis, ut ſi quæ habent redditus, obventiones, nummos, Abbatiſſæ, ſeù Miniſtræ Monaſterii actualitèr tradant, & aſſignent, etiam ea, quæ propriis manibus laborando, acquirunt, vel eis à Parentibus donatur, eaque omnia per Præfectam, vel aliam Officialem ab ipſa deputandam fidelitèr deſcribentur in Libro, ad hoc deſtinato, & pro cujuſque neceſſitatibus, de ejuſdem Superioriſſæ licentia paulatìm unicuique reſtituentur, [b] omneſque intelligant, nullius rei ſe poſſe habere Dominium, ſed quidquid habent, totum eſſe ſub Dominio Monaſterii, & unicuique ſolùm permitti à Superioribus, quod fuerit neceſſarium, aùt conveniens ad proprios uſus, nihil verò ſuperfluum.

Nulla Monialis poteſt aliquid donare quocumque nomine, etiam Charitatis, Pietatis, Eleemoſinæ, & etiam gratitudinis, & de rebus ſibi aliàs donatis; *Sanctimonialis enim*, ut cum Bernardo loquar, [c] *quæ cum Chriſto deſiderat intrare ad nuptias, non debet hominibus dare Sudariola, Pectines, Corrigias, vel Specula, aut Faſcias*, & de bonis quibuſcumque, ſine licentia, juxta Decreta Summorum Pontificum, quæ volumus inviolabilitèr obſervari; [d] utque actus Dominii omninò tollatur, ne Miſſam quidèm ex privata devotione celebrari faciet, & quæ aliquid minimum quocumque modo donaverit, aùt ſine licentia expenderit, punietur tanquàm Proprietaria, & rea paupertatis Religioſæ violatæ.

In Monaſteriis, in quibus, retinentur proviſiones, & ſubventiones, nec omnia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam ſubventionem de manibus, ſeu licentia Abbatiſſæ pro ſuis Religioſis neceſſitatibus, quæ, ultra ſcuta tria non excedat, & quandò opus eſt majori quantitate, ad Nos recurſus habeatur. Ipſa vero Abbatiſſa, ſeu Depoſitaria

[a] *Cap. nō dicatis aliquid proprium 12. quaſt. 1. cap. cum ad Monaſterium, cap. Monachi de Stat. Monach. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. de Regula.*

[b] *Conc Trid. loc. cit.*

[c] *S. Bernard. ſer. 61. ad Soror. in princip.*

[d] *Clem. VIII in Conſt. de largit. mun. 13 Kal. Jun. confir. per Urban. VIII. 16. Octobris 1640.*

taria ſingulis Annis rationem diligentiſſimam reddat de hujuſmodi proviſionibus, ſubventionibus, ac Depoſitis. In Tranſgredientes verò gravitèr animadvertemus.

De Voto Caſtitatis.

MUlier innupta, & Virgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit Sancta Corpore, & ſpiritu [a] plaudit Apoſtolus. *Virgo in Monaſterio inter Virginum Choros vivat Angelicè, ſit in Carne, ſine Carne,* [b] monet Hieronymus. Inter Lilia ſiquidèm Cœleſtis paſcitur Sponſus, nec, niſi, ubi Caſtitas floret, ſuum collocat habitaculum.

Pretioſiſſimum itaquè Theſaurum Caſtitatis, moniales quàm diligentiſſimè cuſtodiant, eamque ob cauſam Virorum aſpectus, & vana colloquia averſentur. Cellæ ſecretum, & Cordis ſolitudinem diligant, malintque ab Angelis orantes aſpici, quàm Sæculi nugas, & inutilia negocia tractantes deſpici, ut enim inquit Petrus Bleſenſis: [c] *Eas ſponſalitio amore ſibi libentiſſimè fœderat Deus, quas Sæculum non fœdavit.*

Nulla Monialis audeat, niſi vocata, Externos alloqui, vel accedere ad Crates, vel ad Portam Monaſterii, & Auſcultatrices ſemper aſſiſtant, ac Abbatiſſæ licentia ſemper habeatur. Quæ contrafecerit, prima vice ab Abbatiſſa ſeverè puniatur, & creſcente cotumacia, ad Nos deferatur.

Crates Allocutorii non ſint ſimplices, ſed duplices, & ſaltèm ligneæ ſuperaddantur, ut hoc modo Sacræ Congregationis, Viſitatoris Apoſtolici, & Synodalium Conſtitutionum ordinationibus ſatisfiat.

Ad colloquendum cum Monialibus nullus accedere audeat, quantumvis ſanguine conjunctus, [d] abſque licentia à Nobis, ſeù Vicario noſtro ſubſcripta, ſub pœna triginta Aureorum, dimidia parte Pauperum Monialium Monaſteriis applicanda, dimidia verò, partìm Delatori,

[a] *Pr. ad Corynth. cap. 7. num. 34.*

[b] *S. Hieron. Epiſt. ad Letã in fin.*

[c] *Petr. Bleſen. Epiſt. 36. cir. init.*

[d] *Conc. Pariſ. 6. lib. 1. cap. 46. & Nicen. 2. cap. 20.*

Delatori, partim ad arbitrium noſtrum.

Nulla ex Monialibus, ſine licentia, litteras mittet, etiam ad Conſanguineos, nec ab aliis recipiet, ſi verò minùs honeſtas, vel miſerit, vel receperit, & ſeveriùs mulctetur, & Caſui Nobis reſervato ſubjacebit.

Loca Monaſterii, collocutionibus Externorum deſtinata, ſivè interna, ſivè externa, perpetuò pateant, dum adſunt qui loquuntur, nec ante Solis Ortum aperiantur, & poſt Occaſum ſtatìm claudantur.

Catelli quicumque ſint è Clauſtris eiciantur, nec intra ea recipiantur, & ſi Superiores permittent in contrarium, gravitèr punientur.

Libros, continentes materias vanas, prophanas, & minimè decentes, tamquàm prohibitos, ſtatìm è Monaſterio abiiciantur, ſolùmque ſpiritualibus, piiſq; lectionibus [a] delectentur.

[a] Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de Divinis Offic.

De Voto Obedientiæ.

DE Monialium Obedientia locuturus, quid aliud dicam, quàm illud Apoſtoli. [b] *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis, ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes*; magna enim conſolatio eſt ab aliena Voluntate pendere, eas, quæ Religionem profeſſæ proprium velle, & nolle cum ſæculo renunciarunt.

Omnes igitùr ſtudeant in perſona Superioris Deum agnoſcere, ejuſque non ſolùm dictis, & mandatis, ſed etiam nutibus obediant, illius exemplo, *qui pro nobis factus eſt obediens uſque ad mortem.* [c] Non enim intendendum eſt, teſte S. Hieronymo. *Quale* [d] *ſit, quod jubetur, ſed quantus ille ſit, qui jubet*, & ut ipſe aſſerit, ità ſimplex, & pura debet eſſe Monialium obedientia, *ut quicquid ſibi mandatum fuerit per Præpoſitam Matrem, Angelico putet ore commiſſum.*

Tenentur itaquè Sacræ Virgines ex obedientia ad Regu-

[b] Ad Hebr. cap. 13. n. 17.

[c] ad Philip. cap. 2.

[d] S. Hieron. in Regula Monacor. cap. 9. de correct. ante med. & cap. 1. de Obedien. circa fin.

Regulam, quam profeſſæ ſunt, Præcepta, & Statuta ſingillatim implere, *a* Superiorum mandatis obtemperare, omnibus, quæ Præfectæ imponunt, humilitèr parere; inter tria enim Religionis Vota, hoc eſt omnium potiſſimum, ideòque ſuperiorum juſſui in Domino famulantes, quæcumque dixerint, ſervent, quæcumque imperaverint, exequantur, atque ſic Charitatem, & mutuum amorem inter ſeſe excolentes, à Cœleſti Sponſo, pro quo omnia reliquerunt, incomparabilitèr majora recipient.

a S. Thom. 22. quæſt 186. art. 8. 9. in Corp.

De Puellis intra Monaſterium educandis.

E*Ducate illos in diſciplina, & correctione Domini*, Parentes monet Apoſtolus; [b] à bona enim, vel mala morum inſtitutione, totæ vitæ noſtræ ratio pendere, dignoſcitur.

Ut igitùr Puellæ Sæculares ſanctis Moribus inſtruantur, permittimus, eas educationis gratia, recipi poſſe in illis Monaſteriis, quæ Inſtitutum in contrarium [c] non habent.

Non admittantur autèm, niſi de conſenſu Abbatiſſæ, vel Miniſtræ, & Monialium, quæ capitularitèr, & per ſecreta Suffragia [d] conſenſum præſtent.

Puella acceptata non ingrediatur Monaſterium, niſi prius obtenta licentia à Sacra Congregatione, & Nobis, aut Vicario Generali præſentata, ac in noſtra Cancellaria regiſtrata, & ſervatis omnibus requiſitis in dicta licentia.

Ultra numerum præfixum, non recipiantur, [e] receptæ autèm utantur Veſtibus Virginali modeſtiæ convenientibus, maneant ſine Ancillis, Clauſuram ſervent, ac ſemèl egreſſæ, ampliùs non admitantur, nequè ſint minores ſeptennio, majores autèm vigeſimo quinto Anno, niſi alitèr Sacra Congregatio indulgeat, ac habitent in loco ſeparato à Dormitorio Monialium.

b ad Epheſ. cap. 6. n. 4.

c Sac. Cong. apud Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 102. n. 63. & in Amerin. 4. Januar. 1068.

d Conc. Mediol. 1. part. 3. tit. de Puel. ſacul.

e Sac. Cong. in Neap. 12. Martii 1619. Conc. Oxoniã. pr. cap. 59. & Senon. tit. de noſtro Monial. cap. 28.

Quo

Quolibet ſemeſtri ſolvatur anticipata *a* portio pro alimentis, quæ in noſtra Diœceſi eſt ſcutorum 18. quolibet Anno, aliàs Puella ad ſuos remittatur, reddatur etiam Parentibus, quandocumque petierint, dummodò ſatisfactum fuerit Monaſterio pro alimentis, & habita à Nobis priùs, vel à Vicario noſtro licentia. *a Sac. Cogr. in S. Severin. 16. Ja. 1615.*

Puellæ, quæ pro educatione, vel pro habitu Monachali ſuſcipiendo, degunt in Monaſterio, ſi ſemèl egreſſæ fuerint, non ampliùs recipiantur, niſi habitum Monachalem ſint ſuſcepturæ, ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ, & Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, eas tamèn excipimus, quæ exierint cauſa infirmitatis periculoſæ, vel gravis.

Cum primùm reſciverit Præfecta, aliquam Puellam per Parentes, vel Conſanguineos, vel quoſcumque alios Majores, Sponſalia contraxiſſe, ſtatìm illam Domum remittat, & ſi ultra duos dies diſtulerit, ſit ipſo facto ab Officio ſuſpenſa.

Digitized by Google

SUMMA EDICTI

Contra non Reſidentes.

EDictum de Reſidentia, aliàs publicatum, denuò fuit innovatum, in quo declaratur, quòd Rectores Eccleſiarum Parochialium, illos tantùm dici reſidere, qui in Aedibus Eccleſiæ Parochialis, ſeù conductis, intra tamèn limites Parochiæ, cibum, & ſomnum ſumunt.

Itèm teneri ad Curam Animarum exercendam, & per ſemetipſos, & non per Subſtitutos, & ad retinendum aſſiduè Sanctiſsimum Sacramentum cum Lampade ſemper accenſa.

Sub pœna peccati mortalis non faciendi fructus ſuos, & arbitrii, uſque ad privationem, aliiſque inflictis [a] à Sacro Concilio Tridentino.

a Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de Reform. & ſeſſ. 6. cap. 1. de rofor. cap. inter quatuor. cap. tua, cap. relatum de Cleric. non reſid. cap. ad ſupplicationem de renunc. c. quorumdam 74 diſt cap. cum ex eo de elect. in 6. cap. Veneficium de reg. jur. in 6.

Summa

Summa Edicti

Taſſæ Capellarum in Cathedrali Eccleſia.

AUcta Taxa Cappellarum Eccleſiæ Cathedralis; fuit aliàs publicatum Edictum ſub pœnis &c. ut Rector Cappellæ, ſeù alius quomodocumque obligatus ſi in fine cujuslibet quadrimeſtris; Ratam Taxæ ſibi contingentem non ſolverit, ſtatìm pœnam incurrat ſcutorum quatuor, & ſi hujuſmodi ſolutionem per quindecim dies diſtulerit, pœnam Suſpenſionis ab Officio, & Beneficio ipſo facto.

Digitized by Google

Summa Edicti

Contra non Communicantes in Paſchate.

QUolibet Anno infra Octavam Corporis Chriſti, Eccleſiarum Parochialium Rectores, & curam Animarum habentes, aſſignato termino decem dierum, tenentur affigere Valvis propriæ Eccleſiæ, & deindè ad illas noſtræ Cathedralis Eccleſiæ nomina illorum, quos in Paſchate non communicaverint, & declarare interdictos ab ingreſſu Eccleſiæ; quòd ſi impœnitentes defecerint, priventur Eccleſiaſtica Sepultura, ſub pœna Parochis non obedientibus ſcutorum decem. Parochi autèm ſciant, ſe teneri ad id exequendum, etiam ſine alia requiſitione Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi, vel ejus Vicarii.

Digitized by Google

Summa Edicti

Proceſſionum Civitatis Cortonæ.

NE dubitari contingat in poſterùm qualibus Proceſſionibus intervenire debeant Clerici, tàm Sæculares, quàm Regulares, renovantes Edictum aliàs publicatum die 4. Maii 1630. cum Catalogo Proceſſionum, ad quas, tàm de jure, quàm conſuetudine tenentur accedere, ſine propoſitione novi Edicti, & ſine alia monitione, ſub pœna librarum ſeptem pro quolibet, & qualibet vice, aliiſque in Synodo expreſſis, & arbitrariis.

Digitized by Google

Summa Edicti

Contra Concubinarios.

RENovantes Edictum aliàs publicatum die 18. Martii 1634. in quo præcipitur, ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatæ, ut omnes cujuſcumque ſexus, in Concubinatu viventes infra quindecim dies à Statu tàm difformi diſcedant, animo in poſterùm non redeundi. Diſcedentes autèm ſolummodò ad tempus, prædicta Excommunicatione ligabuntur, ac ſi non diſceſſiſſent. Qui verò inveteraverint, ſciant ſe tanquàm de hæreſi ſuſpectos vocandos eſſe ad Supremum Sacræ Inquiſitionis Tribunal, Contumaciæ, aliarumque rerum, ad Sacrum illud Tribunal pertinentium, rationem redditurios, & eiſdem pœnis, & judicio ſubjaceant in futurum incidentes in Concubinatum. Demùm præcipitur, ſub eadem Excommunicatione quibuſcumque Juſtitiæ Executoribus, ut abſque fraude, & ſimulatione exequantur, quicquid à Nobis, vel Vicario noſtro ordinatum fuerit, ac præſcriptum contra hujuſmodi Perſonas cujuſcumque Sexus.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX
AD CAP. XXI.

De Sacramento Matrimonii.

GL'Impedimenti del Matrimonio ſono di due ſorti, alcuni non ſolo impediſcono il Matrimonio da farſi, mà ancora rendono nullo il contratto. Altri poi impediſcono il Matrimonio da farſi, ma ſe con tali impedimenti ſi fà, reſta valido.

Gl'impedimenti, che vietano il contraere, e annullano il conttratto, ſono quindeci; de' quali, dodici ſono compreſi ne' ſeguenti Verſi; trè altri, poſti in fine, ſono aggiunti da i Sacri Canoni.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen.
Cultus, Diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas.
Si ſis Affinis, ſi fortè coire nequibis.
Hæc ſocianda vetant Connubia, facta retractant.

Per

Per intelligenza delle Perſone ſemplici ſi dichiarano detti Verſi in queſta maniera, preſupponendo, che i Confeſſori li debbano ſtudiare diffuſamente nelle Somme.

E R R O R.

1 IL primo concerne l'Errore, che interviene circa la ſoſtanza della Perſona, con chi ſi deve contraere Matrimonio, come per eſempio, ſe uno intende di contraere con Giovanna, e per errore lo contraeſſe con Ginevra, overo penſa di contraere con la Primogenita, e gli foſſe data un' altra: ne' quali, e ſimili caſi ſi diverſifica la ſoſtanza della Perſona: ma ſe l'errore conſiſteſſe nelle qualità; v. g. credeva, che foſſe bella, nobile, e ricca, il che non è; all'hora reſta valido il Matrimonio, per eſſer queſte coſe accidentali, e non ſoſtantiali.

C O N D I T I O.

2 SE una Perſona libera faceſſe il Matrimonio con una Perſona Serva, e Schiava, non ſapendo, che ſia tale, il Matrimonio è nullo, & invalido.

VOTVM

VOTUM.

3 IL Voto ſolenne di Religione approvata, fatto nella profeſſione eſpreſſa, ò tacita, e nel pigliar i Sacri Ordini, impediſce, ed annulla il Matrimonio.

COGNATIO.

4 LA Parentela, ſignificata in queſta parola, *Cognatio*, è di trè ſorti, Naturale, Spirituale, e Legale. La Naturale, che altrimenti è detta *Parentela di Conſanguinità*, impediſce ſino al quarto grado incluſivè, annullando anche il fatto, e ſono ſcommunicati i Contraenti, ſe non gli ſcuſa l'ignoranza di tal Parentela. La Spirituale ſi contrae col Santiſſimo Sacramento del Batteſimo, ò della Creſima frà l' infraſcritte Perſone, cioè frà la Perſona, che battezza, ò tiene al Batteſimo, ò Creſima, e colui, che è battezzato, ò creſimato; Trà quello, che battezza, ò creſima, overo tiene al Batteſimo, ò Creſima, ed il Padre, e la Madre del Battezzato, ò Creſimato. La Legale naſce dall'addottarſi qualcheduno per Figliuolo; e queſta hà trè rami: il primo è frà l'Addottante, & Addottato,

Digitized by Google

dottato, e ſuoi Aſcendenti, e Deſcendenti, ed è perpetuo: il ſecondo è frà l'Addottato, e i Figliuoli naturali dell' Addottante, durante l'addozione, e ſtando i Figliuoli naturali ſotto la poteſtà paterna: il terzo frà la Moglie dell'Addottato, e l' Addottante, e frà l'Addottato, e la Moglie dell' Addottante.

C R I M E N.

5 I Delitti, che impediſcono, e annullano il Matrimonio, ſono due, cioè omicidio, e Adulterio, e con queſti ſi formano quattro Caſi, che fanno tali effetti.

Il primo è, quando una Perſona congiunta conviene con una terza Perſona d'ammazzare il ſuo, ò ſua Conſorte per maritarſi inſieme, frà loro non può farſi Matrimonio, eſſendo ſeguito tal' effetto.

Secondo, quando una Perſona conjugata, ò da per ſe, ò col mezzo altrui ammazza il ſuo, ò ſua Conſorte à fine di contraere Matrimonio con una terza Perſona, con la quale hà commeſſo Adulterio, con queſta tal Perſona non può maritarſi.

Terzo, quando commette Adulterio, e dà giuramento, e promeſſa ferma di ſpoſarſi inſieme,

Digitized by Google

ſieme, morendo il ſuo, ò ſua Conſorte, ſuccedendo il caſo, non ſi può effettuare il Matrimonio.

Quarto, quando eſſendoſi ſpoſato con una Perſona, contrae Matrimonio, e lo conſuma con un'altra, con queſta non può più eſſer Matrimonio, ſe bene moriſſe la prima.

CVLTVS, DISPARITAS.

6 LA diverſità della Religione impediſce, e annulla ogni Matrimonio trà la Perſona battezzata, e la non battezzata, non eſſendo capace de' Sacramenti chi non hà il Batteſimo; ma frà gli Eretici, Scommunicati, e Apoſtati può eſſer vero Matrimonio, perche ſon battezzati.

VIS.

7 IL Matrimonio fatto forzatamente è invalido, ed il Sacro Concilio di Trento hà meſſo la Scommunica a' Signori temporali, che forzano i loro Sudditi à ſpoſarſi più con una, che con un'altra Perſona.

Digitized by Google

ORDO.

8 UNo, che abbia Ordini Sacri, non può contraere Matrimonio, e facendolo, è nullo, ed è ſcommunicato.

LIGAMEN.

9 LA Perſona congiunta in Matrimonio, non può contraere con altri.

HONESTAS.

10 QUeſt' è un' impedimento, che naſce da due cauſe; Dalla prima, che ſono i ſemplici Sponſali, che ſi fanno col darſi la parola, e far convenzione di ſpoſarſi inſieme. Se ſi pentono i Contraenti, non poſſono poi ſpoſarſi con un Conſanguineo, ò Conſanguinea l' un dell' altro, e il medeſimo ſi deve oſſervare nel Sopravivente, ſe l'altro moriſſe, e queſto impedimento non paſſa il primo grado di Conſanguinità; Dalla ſeconda, ch'è il Matrimonio rato, e non conſumato, cioè, eſſendoſi *per verba de præſenti* ſpoſati due inſieme, e ſe bene non foſſe conſumato il Matrimonio, ed uno moriſſe, il Sopravivente

vente non può ſpoſarſi con un Conſanguineo, ò Conſanguinea del Morto fino al quarto grado *incluſivè*.

SI SIS AFFINIS.

11 L'Affinità è una Propinquità, ò approſſimazione, che vogliamo dire, che naſce dal Congiungimento, che fanno due Perſone nella copula carnale, mediante la quale i Conſanguinei dell' Uomo ſi fanno Affini alla Donna, e i Conſanguinei della Donna diventano Affini all' Uomo, e ſe la copula ſarà lecita, come è quella del Matrimonio, impediſce fino al quarto grado *incluſivè*, ſe ſarà illecita, ſino al ſecondo pur *incluſivè*.

SI FORTE COIRE NEQVIBIS.

12 Quando qualunque Perſona ſia impotente all'atto carnale, e queſta impotenza ſia perpetua, non può congiungerſi in Matrimonio, e ſe tal impotenza ſi ſcopriſſe, fatto che foſſe il Matrimonio, non ſi poſſono i Conjugati ſeparare, ſenza la Sentenza del Giudice.

Digitized by Google

AETAS.

1 L'Età de' Contraenti può impedire, ed annullare il Matrimonio, cioè, ſe il Maſchio avanti il quartodecimo anno compito, e la Femina avanti il duodecimo compito, contraggono, il Matrimonio è nullo.

CLANDESTINUM.

2 SE ſi contrae il Matrimonio, non vi eſſendo preſente il proprio Parrocchiano, e i due Teſtimonj, il Matrimonio è nullo.

RAPTOR, ET RAPTA.

3 SE uno rapiſſe, ò pigliaſſe per forza una Donna, mentre la tiene in ſua poteſtà, non la può ſpoſare: ma ſe la metteſſe in libertà, la potrebbe ſpoſare.

Frà gl'impedimenti, che impediſcono il Matrimonio da farſi, e non lo rompono fatto che è, particolarmente ſi mette in conſiderazione l'impedimento del ſemplice Voto di Caſtità, quale ſe bene non rompe il Matrimonio contratto, nondimeno grava

aſſai quella Perſona, che con tal' impedimento lo fà, e non può conſumarlo ſenza Diſpenſa Papale; anzi in tal caſo doverebbe farſi Religioſo: ma dopo che aveſſe conſumato il Matrimonio (il che ſarebbe grave peccato) all' ora può render il debito Matrimoniale: ma non domandàrlo; ed il Veſcovo può in queſto caſo diſpenſare.

Avvertino ancora i Confeſſori, quand'occorre, che i Penitenti s'accuſino d'aver commeſſo peccato (il che Dio non permetta) con le Conſanguinee, ò Conſanguinei del ſuo, ò della ſua Conſorte in primo, ò ſecondo grado, che non poſſano più domandare il debito Matrimoniale, ſenza la Diſpenſa da darſi dal Veſcovo.

Sono altri impedimenti, che impediſcono, e non rompono il Matrimonio, a' quali provederà la vigilanza del prudente Curato, e Confeſſore, con ſtudiarli ſpeſſe volte nelle Somme.

APPENDIX

Digitized by Google

APPENDIX

Ad Cap. xxv. de Parochis.

De Decimis.

NE occaſione Decimarum ſolvendarum ulla in poſterùm oriri poſſit difficultas, ut ſæpiſſimè occurrit, ſequentem Methodum, ac Regulam præſcribimus, omninò ſervandam.

Singulæ Perſonæ, quæ frumenti redditus annuos habent, Decimam quolibet anno perſolvent, modo inferiùs exprimendo, vulgari ſermone, videlicèt.

De' frutti del grano, per quanto potrà arare un paro di Buoi, Staja uno.

Per quello arerà un Bue ſolo, Staja mezzo.

E ſe il Campo ſarà più piccolo, dovrà pagare per quella quantità di Terra, ch'egli lavora.

Da quelli, che non raccoglieranno niente di grano di ſua parte, non ſi paghi ſe non la Decima Sacramentale, che è un Quarto.

E queſta Regola ſi oſſervi, tanto ſe il Campo ſarà proprio del Contadino, quanto ſe-

egli

egli lo piglierà à coltivare da altri, e ciò proceda, non ſolo ſe lo coltiva co' Buoi proprj, ma alieni, e che ſi tengano, come diceſi, *à collagnolo*, ò pure lo faccia à mano propria, ſenza Buoi, purche poſſieda, ò coltivi tanta quantità di Terreno, poiche le Decime, che ſi pagano per Precetto di Dio, non ſi danno per ragione de' Buoi, che uno abbia, ò nò, ma per ragione de' frutti, che ſi raccolgono.

Ciò, che poi ſi è detto nel numero de'Buoi, ſi è fatto, per inſegnare a' Contadini, per altro rozzi, e idioti, in qual maniera deva pagarſi la Decima; togliendo in queſta forma la conſuetudine, forſe di pagarſi à capriccio per ogni fondo, e Famiglia, ch'è più toſto un'abuſo, che conſuetudine, introdotta legittimamente, ed un'origine di diſſenſioni, e di liti.

Si dichiara però, che queſta Regola non proceda ne' Poderi del Chiuſo, dove già è ſtabilita la Taſſa da pagarſi per ciaſchedun Podere, che intendiamo di laſciarla intatta, e non alterarla.

E perche ſpeſſo avviene, che tal uno, ò Padrone, ò Lavoratore, poſſieda, ò coltivi reſpettivamente Poderi in diverſe Parrocchie da quelle, ò dove habita, ò dove riceve

Digitized by Google

ceve i Sacramenti, per non laſciar luogo alle Liti, ſtatuiamo, & ordiniamo, che la metà della Decima ſi paghi alla Parrocchia, ò doue abitano, ò ricevono i Sacramenti, e l'altra metà à quella Parrocchia, nella quale ſon poſti i Poderi.

Che ſe poi ſuccedeſſe, che ſi raccolga Grano, tanto nella Parrocchia, dove abita, come in altre Parrocchie, ciaſcheduno de' Parochi averà tanto di Decima per la concorrente quantità de' Poderi, che ſono nella ſua Parrocchia, ſe bene maggior quantità di Terreno foſſe in una, che in un' altra Parrocchia.

Dichiarando in avvenire, che niuno poſſa eſſer' aſtretto a pagare la Decima a quelle Chieſe, dove anno anche antiche le Sepolture, ò dove ſono nati, ſe non abitano ivi, ò non vi raccolgono Grano.

Inoltre dichiariamo, che in caſo, che ò due Fratelli, ò altri Parenti abitino nell' iſteſſa Parrocchia, mà in Caſe ſeparate, e coltivano diverſi Poderi, ancorche ſervano un' iſteſſo Padrone; e vivano a ſpeſe d'un ſolo, ſiano tenuti ciaſcheduni di loro di pagare la Decima ſecondo la quantità del grano, che raccolgono in quel Podere, che averanno coltivato, nel modo accennato

di

di ſopra, e queſto abbia luogo anche nel Padre, e Figliuolo, e tutt'altri, che abitino nell'iſteſſa Caſa, e coltivino più Poderi.

E occorrendo molte volte, che alcuni abitino per molto tempo in una Parrocchia, e poi vadino in un'altra, e da ciò naſcono liti tra medeſimi Parrochi, chi di loro debba avere la Decima Sacramentale. Comandiamo, che da niun Paroco ſi domandi tal Decima, ſe almeno non ſi ſarà abitato ſei Meſi intiri in quella Parrocchia, nel qual caſo ſi debba dividere la Decima per la metà, e ſe ſi foſſe ſtato più tempo in una, che nell'altra Parrocchia, in tal caſo ſi divida tra Parochi la detta Decima per la rata del tempo, che ſi ſarà ſtato nell'una, e nell'altra.

Comandiamo inoltre, che niun Paroco, Rettore, ò Vicario perpetuo, overo amovibile, ò per ſe, ò per altro preſuma agitare per le Decime altrove, che nella Curia noſtra Veſcovale, nè tali Debitori poſſan' eſſer convenuti avanti i Giudici Secolari, come non competenti, ſotto la pena del doppio di quello, ehe foſſe domandato, & altre ad arbitrio, da applicarſi da Noi a' Luoghi Pii, rifatti inoltre tutti i danni, che il Reo per tal cauſa aveſſe patiti.

Digitized by Google

APPENDIX

Ad Cap. xxxiv.

De Judiciis.

Coſtitutioni Roſſe *Tit. de Rotulo Judicum Delegatorum. Cap. IV.*

AD Eccleſiaſticum verò Forum pertinere declaravit, omnes cauſas Clericorum, & Religioſarum Perſonarum, Societatum, Hoſpitalariorum, Eremitarum, & aliorum Locorum piorum, quomodocumque in judicio ipſos comparere contingat, agendo, ſivè defendendo, ſivè etiam teſtificando, condemnando in libris decem ordinariorum Phyſco adiiciendis omnes Clericos, & Religioſas Perſonas, quæ vel agendo, vel excipiendo, vel teſtificando, vel alitèr quomodocumque Sæculari ſeſe foro ſubjecerint, ſine Ordinariorum ſuorum licentia.

APPENDIX

Ad Cap. de Proceſſionibus xxvi. & Præcedentiis xxxvi. Cortonen.

INſtantibus Capitulo, & Canonicis Collegiatæ S. Mariæ Novæ Civitatis Cortonæ in Sac. Rit. Congregatione, ne dùm pro approbatione, ſeù confirmatione aliàs ſub die 10. Febr. anni 1659. a bon. mem. Philippo Galileo, tunc tempore Epiſcopo Cortonenſi, obtentæ facultatis erigendi in Proceſſionibus propriam Crucem, verùm etiam & pro conceſſione alterius Indulti, parandi ſcilicèt in eiſdem Proceſſionibus propriam Cappellam, ſuper quo idem Epiſcopus Galileus ipſi Collegiatæ, jura Sac. Rit. Congregationem adeundi, reſervaverat: Sac. eadem Rit. Congreg. habita priùs hodierni Epiſcopi ſuper præmiſſis informatione, ad relationem Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. Petrucci, cenſuit reſpondendum negativè in omnibus, & ita decrevit, & ſervari mandavit die 5. Octobris 1697.

A. CARD. CYBO.

B. Ingbiram. Sac. Rit. Cong. Sec.

CORTONEN.

DEnegata, ad relationem Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. Petrucci à S. Rit. Cong. Capitulo,& Canonicis Collegiatæ S. Mariæ Novæ Civitatis Cortonæ ſub die 5. Octobris 1697. approbatione, ſeù confirmatione aliàs obtentæ ſub die 10. Febr. 1659. a bo. me. Philippo Galileo, tùnc temporis Epiſc. Cortonen. facultatis erigendi in Proceſſionibus propriam Crucem, nec non conceſſione alterius Indulti, parandi ſcilicèt in eiſdem Proceſſionibus propriam Cappellam, ſuper quo idem Epiſcopus Galileus ipſis, Capitulo, & Canonicis jura Sac. Rit. Cong. adeundi reſervaverat, & non acquieſcentibus Capitulo, & Canonicis prædictis, vigore novæ Audientiæ, ab eodem Emin. & Reverendiſs. D. Card. Petruccio, propoſito infraſcripto dubio, videlicèt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub dicta die 5. Octob. 1697. &, quatenùs affirmativè, quoad ſecundam Partem, an ſit confirmandum Decretum Epiſc. Galilei ſuper facultate erigendi Crucem cum Velo, vel ſine, in caſu &c.

Sac. ead. Rit. Congr. in voce, & in ſcriptis, tàm pro Epiſc. Corton. quàm pro Capitulo, & Canonicis prędictis, informantibus, auditis, cenſuit reſpondendum in deciſis, & ita decrevit, & ſervari mandavit die 31. Maii 1698.

A. CARD. CYBO.

B. Inghiram. Sac. Rit. Cong. Secr.

TESTES SYNODALES.

UT ea, qnæ animadverſione digna ſunt, non lateant, nequè in Eccleſiam, vel Curiam irrepant abuſus, & corruptelæ. *Placet ne vobis recipere Teſtes infraſcriptos?*

IN CIVITATE.

A. R. D. Ferdinandum de Serninis Archidiac.
A. R.D. Franciſcum Mariam de Vagnuccis I.V.D. Canonicum) *Cathed. Eccleſiæ*

R.D. Joannem Baptiſtam de Rochatellis I.V.D. Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ de Cortona, & Magiſtrum Cæremoniarum Subſtitutum.

R. D. Hieronymum de Urſinis Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Andreæ.

IN DIOECESI.

R. D. Vbaldum de Tattanellis Plebanum S. Joannis Baptiſtæ Villæ Montanaris.

R. D. Laurentium de Fierlis Plebanum S. Nicolai Villæ Cignani.

R.D. Lucam de Bondaccis Plebanum S. Joannis Evangeliſtæ Villæ Terontolæ.

R. D. Ioannem Franciſcum de Bilis Rectorem Parochialis Eccleſię SS. Chriſtophori, & Blaſii Villæ Oſſariæ.

Qui omnes conſiderent, an in Urbe, vel Diœceſi ſit aliquid, quod corrigi debeat, & referant Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Epiſcopo, ut emendanda proponantur. *Reſponderunt*, Placet.

Digitized by Google

EXAMINATORES
SYNODALES.

CUm in ſingulis Synodis proponi debeant Examinatores, ut à Synodo probentur, quid de Vita, Doctrina, Moribus, & habilitate ad Parochiales Eccleſias promovendorum, & ad Confeſſiones Sacramentales audiendas admittendorum, omni humana affectione poſpoſita, diligentèr perquirent. *Placet ne vobis in noſtra Diœceſi probare, & recipere infraſcriptos?*

Reverendiſs. D. Franciſcũ Mariam)
de Zefferinis I. V. D. Protonota-)
rium Apoſtolicum, Canonicum)
Cathedralis, & Vicariũ Generalē.)
A.R.D. Petrum Paulum de Puntel-)
lis I. V. D. Protonotarium A-)
poſtolicum Præpoſitum.) *Cathedralis.*
A.R.D Bajulivum Fulvium de Paſ-)
ſerinis I. V.D. Archipresbyterũ.)
A.R. D. Bernardum de Mancinis)
I. V. D. Protonotarium Apo-)
ſtolicum Canonicum.)
A.R.D. Franciſcum Mariam de Va-)
gnuccis I.V.D. Canonicum.)
A.R. D. Evangeliſtam de Manci-)

nis

Digitized by Google

nis I. V. D. Canonicum.)
A. R. D. Michaelem Angelum de)
Amandolis I.V.D. Canonicum.) *Cathedralis.*
A.R.D. Sebaſtianum de Zaccagni-)
nis I.V.D. Canonicum Theolo-)
galem.)
A.R.D. Antonium de Zefferinis I.V.D. Priorem Collegiatæ S. Mariæ Novæ.
A.R.P. Priorem S. Dominici pro tempore.
A.R.P. Magiſtrum Franciſcum Mariam de Caſuccis Ord. Serv. B.M.V.

Reſponderunt. Placet.

Qui omnes juraverunt in manibus Illuſtriſſimi D. Epiſcopi.

JUDI-

Digitized by Google

JUDICES DELEGATI:

JUxta Sacroſancti Concilii Tridentini Decretum præcipientis eligi, & approbari Viros, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, vel Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, quibus a S. Sede Apoſtolica, ejuſque Legatis Cauſæ committantur. *Placet ne vobis in noſtra Diœceſi ad hoc munus obeundum deſtinari, & deputari infraſcriptos?*

Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Joſephum de Ceis Epiſcopum Cortonenſem.

Reverendiſſimum D. Franciſcum Mariam de Zefferinis I. V. D. Protonotarium Apoſtolicum, Canonicum, & Vicarium Generalem.

A. R. D. Petrum Paulum de Pun)
tellis I. V. D. Protonotarium)
Apoſtolicum Præpoſitum.)
A.R.D.Bajulivum Fulvium de Paſ-)
ſerinis I. V. D. Archipresbyt.)
A. R. D. Bernardum de Mancinis) *Cathedralis*
I. V. D. Protonotarium Apoſto-)
licum Canonicum.)
A.R.D. Franciſcum Mariam de Va-)
gnuccis I.V.D.Canonicum.)
A.R.D.Evangeliſtam de Mancinis)
I.V.D. Canonicum.)
A.R.D. Michaelem Angelum de)

Aman

Amandolis I.V. D. Canonicum.)
A.R. D. Sebaſtianum de Zaccagni-) *Cathedralis*
nis I.V. D. Canonicum Theolo-)
galem.)

Reſponderunt. Placet.

CONSERVATORES RELIGIONUM.

UT, quæ Apoſtolicæ Sedis auctoritate omnium, & ſingulorum favore ſunt conſtituta, executioni demandentur juxta Conſtitut. fel. rec. Greg. XV. *Placet ne vobis recipere in Judices Conſervatores infraſcriptos?*

Cõc. Lugdun. I. an. 125. relat. in cap. ſtatuimus de off. & poteſt. Jud. Deleg. in 6.

Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Joſephum de Ceis Epiſcopum Cortonenſem.
Reverendiſſimum D. Franciſcum Mariam de Zefferinis I. V. D. Protonotarium Apoſtolicum, Canonicum, & Vicarium Generalem.
A. R. D. Ferdinandum de Serninis Archidiaconum.
A.R.D. Bajulivum Fulvium de Paſſerinis I.V.D. Archipresbyterum Cathedralis.

Reſponderunt. Placet.

Digitized by Google

REVISORES
COMPVTORVM.

ADminiſtratores Locorum piorum, & Reviſores, rationum eorumdem ex præſcripto Sacrorum Canonum, & Concilii Trid. Seſſ. 22. cap. 9. Ordinario eorum adminiſtrationis rationem reddere tenentur. *Placet ne vobis deputari infraſcriptos, qui Ordinarii nomine recipiantur?*

A. R. D. Ferdinandum de Serninis Archidiaconum.

A. R. D. Tarquinium de Paſſerinis Decanum.

A. R. D. Bernardum de Mancinis I. V. D. Protonotarium Apoſtolicum, Canonicum.

A. R. D. Evangeliſtam de Mancinis I. V. D. Canonicum.

R. D. Joannem Baptiſtam de Rochatellis I. V. D. Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ de Cortona, & Magiſtrum Cæremoniarum Subſtitutum.

R. D. Sebaſtianum de Bricchis.)*Presbyteros*
R. D. Blaſium de Solfanelli.)*Cortonenſes*

Reſponderunt. Placet.

Digitized by Google

REVISORES

Librorum ſatisfactionis Miſſarum.

REverendiſſimum D. Franciſcum Mariam de Zefferinis I. V. D. Protonotarium Apoſtolicum, & Vicarium Generalem, Canonicum.

A.R.D.Sebaſtianum de Zaccagninis I.V. D. & Canonicum Theologalem.

Reſponderunt. Placet.

DEPVTATI

DOCTRINAE CHRISTIANAE.

CHriſtianæ Doctrinæ Deputatos, & Viſitatores Locorum, in quibus edocetur pro Civitate, & Diœceſi. *Placet ne vobis recipere infraſcriptos?*

IN CIVITATE.

ADmod. R. D. Flaminium de Urſellis Sac. Theol. Doctorem Canonic. Pœnitentium Cathedralis.

A.R. D. Gaſparem de Sellaris Canonicum Collegiatæ S. Mariæ Novæ.

Digitized by Google

A. R. D. Vincentium de Serangelis Canonic. Collegiatæ S. Mariæ Novæ.

R. D. Joannem Baptiſtam de Gramignolis Magiſtrum Cæremoniarum.

R. D. Sebaſtianum Bricchium.

R. D. Joan. Baptiſtam de Rochatellis I. V. D. & Rectorem Parochialis S. Joannis Evangeliſtæ, & Magiſtrum Cæremoniarum Subſtitutum.

R. D. Joannem Thomam de Beringuccis Rectorem Parochialis S. Marci.

Reſponderunt Placet.

DEPVTATI

totius Cleri negotijs.

PLacet ne vobis recipere Deputatos totius Cleri negotiis infraſcriptos?

A. R. D. Joannem Carolum de Paleis Canonicum Cathedralis nominatum ab Illuſtriſſimo D. Epiſcopo.

A. R. D. Michaelem Arcangelum de Amandolis I. V. D. & Canonicum nominatum à Reverendiſſimo Capitulo.

R. D. Hieronymum de Urſinis Rectorem Parochialis S. Andreæ de Cortona.

R. D. Thomam de Fidelibus Rectorem Parochialis

chialis S. Bartholomæi Villæ Tiberinæ.
R. D. Joannem Evangeliſtam de Lupis Rectorem Parochialis S. Blaſij Villæ Ronzani.

Reſponderunt Placet.

DEPVTATI

ſuper impoſitionibus Fluminum.

ADmod. R. D. Bajulivum Fulvium de Paſſerinis I. V. D. Archiprsebyt.)
A. R. D. Evangeliſtam de Mancinis) Cathedr. I. V. D. Canonicum)
R. D. Joannem Baptiſtam de Cianfaneglis Plebanum S. Chriſpolti Villæ Montechii.
R. D. Cammillum de Fratinis Rectorem Parochialis S. Catharinæ Villæ Burcinellæ.

Reſponderunt Placet.

In Camerarium eorumdem Fluminum.

A. R. D. Joannem Carolum de Paleis Canonic. Cathedr. nominatum ab Illuſtriſs. D. Epiſc.

Reſponderunt Placet.

DEPVTATI

Super Seminario ab Illuſtriſſimo Epiſcopo in Spiritualibus tantum.

ADmod. R. D. Bajulivum Fulvium de Paſſerinis I. V. D. Archipresbyterum.

In

In temporalibus ab Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo.

Reverendiſſimum D. Franciſcum Mariam de Zepherinis I. V. D. Protonotarium Apoſtolicum, Vicarium Generalem, & Canonic.

R. D. Hieronymum de Urſinis Rect. Paroch. S. Andreæ de Cortona.

A Reverendiſſimo Capitulo.

A. R. D. Sebaſtianum de Zaccagninis I. V. D. & Canonic. Theologalem.

A Clero.

R. D. Blaſium de Solfanellis Presbyterum Cortonen.

Reſponderunt Placet.

PROCVRATORES

Pauperum, qui tenentur gratis defendere Cauſas miſerabilium Perſonarum. *Cōc. Carthag. 5. ann. 398. can. 9. & Aurelian. 5. an. 549. can. 21.*

D. Thadeum de Urſellis I.V.D. &) Nobiles Cortonen.
D. Vincentium de Tommaſſiis)

PROMOTOR FISCALIS

Curiæ Epiſcopalis.

R. D. Joſephum de Lorinis Presb. Cortonen.

Has noſtras Synodales Conſtitutiones ab omnibus ad quos ſpectat obſervari volumus; & mandamus, pœnaſque in illis expreſſas, ab hac die poſt menſem omnes ligare, ac ſi omnibus particularitèr eſſent intimatæ. Declarantes culpam mortalem a Traſgreſſoribus numquàm incurri, niſi id exprimatur, vel niſi apponatur excomunicatio, ſuſpenſio, interdictum, vel mandatum virtute Sanctæ obedientiæ. Omnes verò Cenſuras, ipſo facto incurrendas reſervatas eſſe volumus.

Synodales verò Conſtitutiones Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. Epiſcoporum Ioannis de Albertis, Philippi Bardi, Coſmi Minerbetti, Laurentii Robbia, Philippi Galilæi, ac aliorum, ex quibus has noſtras componere curavimus, in his, quæ his noſtris Conſtitutionibus non adverſantur, vel Cenſuram aliquam non continent; vel præceptum cuius tranſgreſſione peccati læthalis labes contrahatur, vel continent aliquid, quod in noſtris non ſit expreſſum, tantorum Virorum reverentia obſervari volumus, & confirmamus.

LAUS DEO, B. MARIAE VIRGINI, ac SS. Vincentio Tutelari, nec non Philippo Nerio, ac B. Margaritæ Cortonen. Protectoribus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

INDEX

Capitum, quæ in hac Synodo continentur.

De Fide Catholica, illiuſque Profeſſione Cap. I. *pag.* 15.
De Hæreticis, & Veneficis. Cap. II. 16.
De Blaſphemis. Cap. III. 18.
De Doctrina Chriſtiana. Cap. IV. 19.
De Verbi Dei Prædicatione. Cap. V. 22.
De Sacræ Scripturæ Lectione, & Caſibus Conſcientiæ. Cap. VI. 24.
De Dierum Feſtorum obſervatione. Cap. VII. 27.
Catalogus Feſtorum in Civitate, & Diœceſi Cortonenſi ſervand. Cap. VIII. 29.
Solemnitates, & Feſta Mobilia. 31.
De Reliquiarum Veneratione. Cap. IX. 31.
De Sacris Imaginibus. Cap. X. 33.
De Miraculis. Cap. XI. 35.
De Indulgentiis. Cap. XII. 36.
De Sacroſanctis Eccleſiis. Cap. XIII. 38.
De Sacramentis in genere. Cap. XIV. 46.
De Baptiſmo. Cap. XV. 49.
De Sacramento Confirmationis. Cap. XVI. 56.
De Sacramento Pœnitentiæ. Cap. XVII. 59.
De Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento. Cap. XVIII. 67.

De

De Sacramento Extremæ Vnctionis. Cap XIX.	73.
De Sacramento Ordinis. Cap. XX.	77.
De Sacramento Matrimonii. Cap. XXI.	82.
De Bonis Eccleſiaſticis conſervandis Cap. XXII.	89.
De Vita, & Honeſtate Clericor. Cap. XXIII.	93.
De Sancto Sacrificio Miſſæ. Cap. XXIV.	98.
De Parochis. Cap. XXV.	105.
De Proceſſionibus. Cap. XXVI.	114.
De Exequiis, & Funeribus. Cap. XXVII.	119.
Ordine da oſſervarſi nel diſtribuire la Cera ne' Funerali.	126.
De Sacriſta Cathedralis Eccleſiæ, & ejus Officio. Cap. XXVIII.	128.
Da Capitulo Eccleſiæ Cathedr: Cap. XXIX.	131
De Canonicis Eccleſiæ Cathedr. Cap. XXX.	133.
De Medicis. Cap. XXXI.	137.
De Tabellionibus, & Notariis Cap. XXXII.	138.
De obſervantia Ieiuniorum. Cap. XXXIII.	139.
De Iudiciis. Cap. XXXIV.	141.
De Confraternitatibus Laicorum. Cap. XXXV.	145.
De ſtudio Caſuum Conſcientiæ. Cap. XXXVI.	148.
De Præcedentiis. Cap. XXXVII.	150.
De Legatis piis. Cap. XXXVIII.	152.
De Libellis famoſis. Cap. XXXIX.	154.
De Seminario Clericorum. Cap. XL.	155.
De Monialibus. Cap. XLI.	159.
De receptione Monialium.	160.
De Profeſſione Monialium.	164.

De

De Regulari Monialium obſervantia. 166.
De electione Officialium. 169.
De temporali Regimine Monaſterii. 171.
De Clauſura Monialium. 172.
De Monialium Confeſſariis. 174.
De Voto Paupertatis. 178.
De Voto Caſtitatis. 180.
De Voto Obedientiæ. 181.
De Puellis intra Monaſterium educandis. 182.
Summa Edicti contra non Reſidentes. 184.
Summa Edicti Taſſæ Cappellarum in Cathedrali Eccleſia. 185.
Summa Edicti contra non Communicantes in Paſchate. 186.
Summa Edicti Proceſſionum Civit. Cortonæ. 187.
Summa Edicti contra Concubinarios. 188.
Appendix Ad Cap. xxi. de Sacramento Matrimonii. 189.
Appendix ad Cap. xxv. de Parochis. De Decimis. 198.
Appendix ad Cap. xxxiv. de Iudiciis. 202.
Appendix ad Cap. de Proceſſionibus xxvi. & de Præcedentiis xxxvi. Cortonen. 203.

F I N I S.

Digitized by Google

Pagina	Linea	Errata	Sic corrige.
6	1	prothoparentis	protoparentis
8	10	Cærimonias	Cæremonias
9	38	miſerebo	miſerebor
16	38	hæſeſi	hæreſi
22	37	Soſpenſionis	Suſpenſionis
23	38	Gilibertis	Giliberti
27	5	lingna	ligna
32	8	impedimentis	documentis
32	8	Superpellicio	Superpelliceo
34	17	idolatriam	idololatriam
42	30	Contravenientis	Contravenientes
50	37	rebaptizo	baptizo
50	38	rebaptizo	baptizo
51	5	tamèn	tantùm
55	4	paptizari	baptizari
55	15	Paptizatos	Baptizatos
62	12	Paſcate	Paſchate
63	24	debeat	debet
72	24	Secerdote	Sacerdote
72	26	abſiſtentia	aſſiſtentia
72	30	ſaparati	ſeparati
75	4	contrictionis	contritionis
75	9	intentius	intenſiùs
75	24	pereclitantis	periclitantis
80	1	quod	quoad
80	15	honeribus	oneribus
80	37	Romæ	Roma
81	16	Arreptii	Arreptitii
85	6	Parochiis	Parochis
85	27	Clamdeſtina	Clandeſtina
87	20	Alieniginæ ,	Alienigenæ
90	31	idòque	ideòque
116	20	Canoci	Canonici
119	2	Die	Diem
120	27	ſubſidio	ſubſidia
129	38	feſtinantur	feſtinantèr
131	16	Cur	Cum
132	15	perctanttandum	pertractandum
137	27	Innocentii	Innocentius
139	4	oprtet	oportet
145	6	& gregatio	ex gregario et iam Cetu
145	38	trahi	tradi
147	3	eis	ejus
155	35	deque	eique
158	19	ut in menſa	in menſa
158	38	eici	eiici
162	24	nota	veta (riiennium
169	38	uſque ad bienuium	vel ad ſummum uſque ad
176	24	Innocentii	Innocentio
177	27	comperare	comparere

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google